This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

C 620.79

Harvard College Library

FROM THE BEQUEST OF

JOHN HARVEY TREAT

OF LAWRENCE, MASS.

(Class of 1862)

C 620.79

RATIO

NOVAE COLLECTIONIS

OPERUM OMNIUM

SIVE EDITORUM SIVE ANECDOTORUM

SERAPHICI ECCL. DOCTORIS S. BONAVENTURAE

PROXIME IN LUCEM EDENDAE

MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECIS TOTIUS EUROPAE

PERLUSTRATIS

TAURINI

EX TYPOGRAPHIA PONTIFICIA ET ARCHIEPISCOPALI

EQ. PETRI MARIETTI

1874

RATIO

NOVAE COLLECTIONIS

OPERUM OMNIUM SIVE EDITORUM SIVE ANECDOTORUM

SERAPHICI ECCL. DOCTORIS S. BONAVENTURAE

PROXIME IN LUCEM EDENDAE

MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECIS TOTIUS EUROPAE PERLUSTRATIS

MANDANTE

REV^MO P. BERNARDINO A PORTU ROMATINO

TOTIUS ORDINIS S. FRANCISCI GENERALI MINISTRO

STUDIO AC LABORE P. FIDELIS A FANNA LECTORIS THEOLOGI

ET SOCIORUM EJUSDEM ORDINIS

TAURINI

EX TYPOGRAPHIA PONTIFICIA ET ARCHIEPISCOPALI

EQ. PETRI MARIETTI

MDCCCLXXIV

C 620.79

HARVARD COLLEGE
DEC 29 1919
LIBRARY

Trust fund

Editor jus proprietatis sibi vindicat.

SERAPHICO ECCLESIAE DOCTORI

S. BONAVENTURAE

EX ORDINE MINORUM

SAECULARIBUS FESTIS AB EJUS OBITU

SEXTO REDEUNTIBUS

LABOREM ET STUDIUM

QUIBUS EJUSDEM SCRIPTIS, QUAE EXTANT,

ANECDOTIS INQUIRENDIS

ET UNA CUM EDITIS ADORNANDIS

INSUDANT

EJUSDEM INSTITUTI SOCII EDITORES

PLAUDENTES

LAETI GRATIQUE

OFFERUNT.

REVERENDISSIMO PATRI

BERNARDINO A PORTU ROMATINO

TOTIUS ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI

GENERALI MINISTRO

Ad supremam Ordinis Minoritici praefecturam ingenii tui laude, scientia, pietate, atque in rebus gerendis solertia praecellens, vix fueras evectus, Reverendissime Pater, cum varias inter muneris tui partes, ac vasti regiminis multiplices, quibus distendebaris, curas nihil moratus, de ratione qua Seraphici Doctoris S. Bonaventurae doctrina in Ordine Tibi concredito ac etiam in universa Ecclesia, uberiores fructus, turbulentissimis hisce temporibus in quibus multorum charitas refrigescit, ferre posset, optimo sane consilio et nunquam satis laudando, cogitare coepisti. Probe enim

noveras, vota illa praeclarissimi Philippi Lal
Societatis Jesu presbyteri theologi, aliquem sul
gari cupientis in locum Waddingi (1), qui
vam editionem operum omnium S. Bonaventu
locupletiorem exornaret, atque ad aequas criti
artis regulas et manuscriptos codices exige
nondum fuisse impleta, quamquam alii sed
peram se ea exsolvisse putaverint (2). Quapro

(1) Lucas Waddingus editionem, quam moliebatur, operum omnium S
naventurae locupletiorem et cum censuris ad singula praefixis, morte pra
tus exequi non potuit. De quo dolens Philippus Labbeus: *Utinam*, inquit
quis in Waddingi locum subrogetur, qui utrumque munus praestet..
Robertum Bellarminum, *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, pag. 449 edit. V
an. 1728.

(2) Veneti editores in *Praelocutione* ad opera omnia S. Bonaventurae,
1, pag. 4.

hanc a me provinciam suscipi voluisti, et periculum facere, utrum mihi melior quam ceteris (1) sors obtingeret in ea perlustranda. Utque animum mihi adderes, socios dedisti complures, qui huic labori suppetias ferrent. Licet vero ornandae hujusmodi spartae me imparem sentirem, ac simul onus pergrave suspicerem, renuere tamen ac tuae non obsequi voluntati, religio mihi fuisset; non modo ob vinculum quo teneor monasticae obedientiae, verum etiam ob amorem quo prosequor Seraphicum Doctorem, atque in Te grati animi sensum, cui profecto debeo si sera-

(1) Venetis nempe editoribus, atque aliis de quibus infra cap. 2 et 3.

phicae doctrinae studio vel a primis theologicae palaestrae rudimentis addictus fui. Opus ita mihi demandatum, Reverendissime Pater, sic coepi, sic prosequutus sum, ut pro ingenii mei tenuitate, tuis illud gestiret satisfacere votis: nullumque propterea itineribus agendis, provinciis ac regnis obeundis, bibliothecis perlustrandis, manuscriptis codicibus aliisque cujuscumque generis monumentis ad rem facientibus perquirendis et expendendis finem fecerim, quo minus illud in dies proveheretur: siquidem laboris immensitas lente agere me prohibuit ac prohibet.

Nihilo tamen secius, quod in omnium fuisset votis, primum novae editionis volumen, festiva

die sexti ab obitu S. Bonaventurae elapsi saeculi, quam centenariam vocant, hoc anno recurrente, prodire nequit in lucem: obsistente ad id praecipue nimia manuscriptorum monumentorum in bibliothecis ac tabulariis latentium multitudine, quae opus meum praeter expectationem retardavit, impedivitque quominus lustrare persolverim omnes totius Europae bibliothecas. Quoniam vero incongruum videretur et foret, in tanta Ordinis Minoritici ac totius christiani orbis, quam affert dies decima quarta mensis Julii hujus anni, laetitia, multis e nostratibus atque ex exteris in honorem S. Bonaventurae loquentibus, eum silere qui ad rem nisi omnia nove saltem aliqua nova

proferre potest; ideo per aliquot hebdomadas ab itineribus desistendo atque aliis quibuscumque sepositis curis, haec pauca scripsi quae operis nostri causas ac rationem ostendunt; atque dein in parte altera de quibusdam manuscriptis operibus egi, ex iisque excerpta non pauca attuli, tribus (1) e meis sociis ad ea citius paranda mihi opitulantibus, quae varia exhibent sive editorum sive anecdotorum specimina operum, brevibus, prout temporis brevitas et libelli hujus natura permiserunt, a me praemissis praefationibus, quibus singulorum ratio pateret. Ac tandem

(1) Patres Basilius ab Arupino, Elpidius a Montejovio, Ludovicus a Pedavena.

pro tertia parte catalogum contexui aliorum pene omnium quae hucusque reperi Doctori nostro in mss. codicibus tributa, et necdum ejus sub nomine impressa.

Cuinam porro haec pauca, quaccumque ea sint, dicabo, nisi mei meorumque sociorum patrono benevolentissimo Seraphico nempe Doctori S. Bonaventurae ? ac Tibi dein, Reverendissime Pater, qui nedum ejus es cultor eximius, et in generali Ordinis praefectura successor dignissimus, verum etiam quod exigua haec in illius honorem nunc potius quam serius prodeant, auctor fuisti? Aspiciat proinde Seraphicus Doctor e coelo, ubi Doctorum aureola circumamictus refulget, bonam

magis voluntatem quam munus, obsecro: velitque mihi et adjutoribus meis favere, ut opus inceptum ad Dei gloriam, ejus honorem et animarum profectum, persolvatur, supplex peto. Tu vero, Reverendissime Pater, cui pignus hoc qualecumque debitae observantiae, obsequii, amoris, una cum sociis meis offero, ea benevolentia excipere digneris, qua filios prosequi consuevisti, nobisque velis seraphicam benedictionem impertire.

Dabam Venetiis, e Conventu S. Francisci
a Vinea, XII Kalendas Julii 1874.

P. T. REV.MAE

Obsequentissimus in Christo Filius
FR. FIDELIS A FANNA
SS. THEOLOGIAE LECTOR

PRAEMONITIO AD LECTOREM

Nihil ut certum asseruimus in hac opella, quod non abunde probaturi simus in nova operum omnium S. Bonaventurae editione, et in ipsius Vita illis adnectenda, ex iis quae jam collegimus monumenta, ad fidem faciendam omni exceptione majora. Si quae dubitando protulimus, non ea semper apud nos dubia, sed aut longa discussione indigent, qua probentur, quam hujus libelli indoles non patiebatur, aut alia expectant testimonia, quibus major illis accedat lux, unde gravioribus momentis ut certiora prodantur. Ea quae de causis et ratione absolutae editionis procurandae in secundo et tertio capitulo partis primae tradimus, ab iis confirmantur, quae in secunda et tertia parte continentur.

Cum plurimi sint qui graviora opera S. Bonaventurae nec a limine salutaverint, vel tantum aliquod ejus opusculum asceticum legerint, ex iis forte qui inter spuria ab eruditis relegantur, ac inde existiment S. Bonaventuram

aut hominem vulgari ingenio praeditum, aut Doctorem Seraphicum ob ascetica quae scripsit nuncupatum; ideo pretium operis duximus primo capitulo demonstrare, quid *Doctoris Seraphici* titulus eidem soli ac merito tributus, re ac nomine significet, rationibus ad id explanandum et gravissimorum testium auctoritate in medium allatis, quibus patescit quanti olim Bonaventura habitus, cum gravioribus scientiis plus operae impendebatur: unde etiam primum novae editionis moliendae argumentum petivimus. Causas alias dein laboris a nobis suscepti in capite secundo prosequentes, quibus novae editionis adstruitur necessitas, rationem in tertio inquirimus, ob quam operum S. Bonaventurae censores plus minusve erraverint omnes in asserendis vel negandis ejusdem operibus, quorum censorum defectus communi radice detecta, viam a nobis ineundam, et media amplectenda statuimus, quibus editio absolutissima operum omnium sive editorum sive anecdotorum adornari queat.

Breve temporis spatium infra quod programma istud digestum fuit, haud nobis permisit excerpta ex mss. codicibus quae in secunda parte exhibemus, ita corrigere et illustrare, ut in nova editione facturi sumus. Neque inde quidquam inconvenientis enasci, cum eadem iterum a nobis edi debeant, lector percipiet: uti etiam rationes ob quas visum fuit abstinere a patefaciendo tum signa quibus codices manuscripti, ex quibus excerpta damus, distinguuntur, tum bibliothecas in quibus servantur, facile divinabit. Anecdotis S. Bonaventurae sermonibus fusiores a ejusdem anecdotis recensendis fuimus,

quia ex illis plures de ejus praedicatione hactenus delitescentes notitiae eruuntur.

Ineditam S. Bonaventurae quaestionem de rationibus quibus homo vera cognoscit, certamque obtinet veritatis cognitionem, cujus majorem partem edimus capite ultimo secundae partis, neminem effugiet maximi esse momenti ad doctrinam ea de re philosophiae catholicae illustrandam. Quapropter caput illud et seorsim prostat apud typographum Taurinensem Petrum Eq. Marietti.

Ceterum libellus iste multum lucernae olere nequit, quia operum omnium S. Bonaventurae mss. codicibus perquirendis, expendendis et recensendis operam in bibliothecis adhuc impendentibus, has diu relinquere non licuit. Haec satis ad innuendum lectori, quodnam consilium nos duxerit in scribendo et compilando hocce nostrae editionis novae operum omnium S. Bonaventurae programmate, et quomodo hoc exequi, nostris in rerum adjunctis, licuerit.

PARS PRIMA

IN QUA

DE CAUSIS ET RATIONE NOVAE EDITIONIS CURANDAE

DISSERITUR

CAPUT I.

Sanctus Bonaventura DOCTOR SERAPHICUS

seu

causa remota proximae editionis ejusdem operum.

I.

Bonaventura Balneoregiensis patria, natione Italus, professione monachus, Alexandri Halensis discipulus, Universitatis Parisiensis doctor, S. Thomae Aquinatis et S. Ludovici Francorum regis amicus, Ordinis Minorum Lector theologiae et Generalis Minister, concionator ad clerum et ad populum celeberrimus, sacrosanctae Romanae Ecclesiae episcopus cardinalis, albo Sanctorum adscriptus, Doctor universalis Ecclesiae rite institutus atque Seraphicus Doctor antonomastice appellatus, tot habet suorum meritorum et ingenii distincta praeconia, eaque maxima, quot illa sunt quae recensui distincte, si id tantum excipias quod ejus refert originem atque nativitatem. Fuit namque *monachus*, sed regulam austeriorem professus, suaeque professionis observantissimus custos; Alexandri Halensis *discipulus*, sed quem reverentia in magistrum, et hujus scientiae profunditas, irrefragabilis doctrina,

fama latissima, ac summa discipulo elogia tributa, quam plurimum commendant. *Universitatis Parisiensis doctor*, sed quem nescias, an sua eruditio et auditorum frequentia, vel ipsius sapientia et discipulorum celebritas magis extulerint celebremque reddiderint; aut major sit claritas qua docuit obstrusa, vel doctrinae puritas ac utilitas, quae omnibus profuit, quaeque vel ab ipsis sui temporis in theologia magistris ut authentica habebatur. *Amicus sanctorum Thomae Aquinatis et Ludovici regis*, sed ejusmodi amicitiae, qua certum sit utrimque utilitas magna ac perpetua laus, incertum vero quis inde magis profecerit, cum merita sanctorum nostris viribus metiri nequeamus. Sui Ordinis *Lector sacrae theologiae et Generalis Minister*, sed qui discipulos docuit scientiam cum pietate conjungere, utramque veluti in eorum animos et scripta transfudit, studia literarum celebriora ac utiliora reddidit; et qua Generalis novis illa ordinationibus promovit, Ordinem sibi concreditum summa prudentia et charitate rexit, sapientissimus legibus communivit, irrepentes abusus extirpavit, acerrimos illius adversarios dejecit, magnis et asperis itineribus Ordinis provincias et coenobia obivit atque lustravit in Italia, Gallia, Germania, Hispania, Flandria, et forte etiam in Anglia (1); cultum gloriosae Virginis Mariae ampliavit, atque alia tam multa praestitit in bonum totius Ordinis Minoritici, ut merito post S. Franciscum alter illius parens haberi debeat. *Concionator* fuit tantae celebritatis, ut, synchroni auctoris testimonio, *in ejus praesentia ubique terrarum omnis lingua sileret* (2). Sanctae Romanae Ecclesiae *episcopus cardinalis*, eo successu in illius bonum et incrementum adlaboravit, ut ejus mors moerore affecerit universos, atque ipse Summus Pontifex beatus Gregorius X publice testatus fuerit, ex illius obitu *Ecclesiam Dei inaestimabile*

(1) An Bonaventura et apud Anglos peregrinatus fuerit, alibi discutiemus.

(2) Franciscus Fabrianensis in parvo suo Chronico, ubi agit de Ministris Generalibus Ordinis Minorum, a P. Jo. Hyacintho Sbaralea in Supplem. ad scriptores trium Ordinum S. Francisci, pag. 143, col. 1, Rom. edit., relatus.

damnum fuisse perpessam (1). *Sanctus* est, sed tantarum gratiarum naturalium et supernaturalium copia interius in mente exteriusque in actibus repletus, *ut quicumque eum viderent, ipsius amore incontinenti caperentur ex corde* (2), ac vivus et mortuus miraculis fulgens, numquam cessarit ipsum invocantibus opem ferre et miracula patrare vel nostris hisce temporibus (3). *Universalis Ecclesiae Doctor*, sed cujus scripta, non unius aut alterius partis, sed universae penitus orthodoxae traditionis et catholicae doctrinae transmittendae medium, magno semper Ecclesiae usui fuerint *ad perdifficilia explicanda dilucide, illustrandam catholicam veritatem, errores et haereses profligandas* (4). *Doctor* tandem *Seraphicus* antonomastice appellatus, quia lucem cum ardore, ignem cum lumine, cognitionem cum amore, doctrinam cum charitate, scientiam cum sapientia ita conjunxit et in sua scripta refudit, ut Summus Pontifex Sixtus IV dicere non dubitarit, *Spiritum Sanctum in eo locutum videri* (5).

Haec singula, candide lector, si seorsim ab aliis spectaveris, hominem suspicies minime communem, sed revera insignem, ac toties tibi occurrentem, quot illa sunt quae recensui distincte. Si autem haec omnia simul in uno collecta homine perpenderis, summum argues ingenium, nulli prorsus secundum, ac virum coelitus datum, Minorum Ordini fulcimentum ac decus praecipuum, scholis omnibus theologicis, philosophicis, asceticis ducem tutissimum et praeclarum, christifidelibus patronum fidissimum, universae Ecclesiae *Doctorem mirabilem* (6), omni denique hominum ge-

(1) " Dominus Papa allocutus est Concilium dicens, quomodo Ecclesia Dei inaestimabile damnum perpessa fuerat ex obitu fratris Bonaventurae Albanensis episcopi, et mandavit omnibus praelatis et omnibus presbyteris per totum mundum ut quilibet eorum unam Missam deberet cantare pro anima ipsius. „ Tom. 14 Concil. Labb. col. 506, edit. Coletanae.

(2) Ibidem col. 500.

(3) Quae collegimus et colligemus, in Vita Seraphici Doctoris a nobis redigenda narrabimus.

(4) Breviarium Romano-Seraphicum, die 14 Julii.

(5) Bulla Canonizationis S. Bonav. *Superna coelestis patria.*

(6) Breviarium Romano-Seraphicum, die 14 Julii.

neri honorem et gloriam (1), qua vel una, caeteris deficientibus, cohonestaretur plurimum humana societas, et saeculo decimotertio posteriora hucusque elapsa, quod multum invideant, satis haberent. Ast divina gestum est providentia, ut saeculum illud praeclarissimorum virorum facinorumque praedives, sapientiae flumina emittens, ac sanctitatis emicans prodigiis, non unum tantum dederit summum ingenium, sed duo aeque summa, Thomam videlicet Aquinatem et Bonaventuram Balneoregiensem, Italos ambos, qui, vitam regularem duorum Ordinum professi, quos nuper mater Ecclesia ut geminos partus in lucem ediderat, utrumque ab adversariorum calumniis Ordinem vindicarunt, eamque amicitiam, quae in utroque parente Dominico et Francisco praecesserat, inter sese renovantes, summa necessitudine conjuncti fuerunt. Ambo summis usi magistris, ambo doctoris Parisiensis lauream iisdem in circumstantiis adepti, ambo ad Concilium Lugdunense vocati, ambo sancti, ambo doctores Ecclesiae, eodem anno ambo diem obierunt supremum, unde et utriusque hoc anno centenaria solemnitas, ab eorum obitu sexta recurrit. Missis pro nunc quae ad Doctorem Angelicum spectant, de quo alibi fusius cum de ejus cum Bonaventurianae doctrinae similitudine et utriusque differentia disseremus (2), missis etiam quae ad S. Bonaventuram spectant, superius per summa capita enumeratis et alibi plene tractandis (3); ex his omnibus unum tantum deligimus quod obiter percurramus, *Doctorem* nempe *Seraphicum*. Nec enim nobis propositum est, quae duo haec includunt, penitus exhauriendi, sed aliquid tantum delibare statuimus, ad causam proximae editionis S. Bonaventurae operum remotiorem, de qua hic sermo est, adstruendam. Haec porro causa est ipsius doctrinae excellentia quae a duobus illis terminis, *Doctor Seraphicus*, indicatur.

(1) Bulla Sixti IV, *Superna*.
(2) In Vita S. Bonaventurae a nobis digerenda.
(3) Ibid.

II.

Equidem si *Doctorem* seorsim a Seraphico intueor, multi mihi occurrunt praeclarissimi Doctores, qui agmina discipulorum ducunt ad fontes sapientiae et ad bella instruunt contra veritatis osores, inter quos eminere video Augustinum Hipponensem episcopum, atque Thomam Aquinatem, quorum doctrinae generaliores characteres cum generalioribus doctrinae Bonaventurianae characteribus conveniunt. Mitto igitur quod haec valde excellat, quia minime privati doctoris sit doctrina, sed ejus qui albo sanctorum Ecclesiae Doctorum accensitus, horum auctoritate magisterii in Ecclesia fruatur, unaque cum iis medium efficiat praecipuum, quo venerandae traditionis ecclesiasticae thesaurus, cujus ipse interpres agnoscitur fidelissimus, ad nos mittitur, ad extrema usque tempora summa diligentia servandus: unde ipse una cum ceteris Ecclesiae Doctoribus, in synodis potissimum Oecumenicis consulendus, ut quam fert traditionis universalis consensus, circa fidei et morum quaestiones definiendas, sententia eruatur. Mitto quod ejus doctrina *perdifficiles et multis obscuritatibus involutae quaestiones, magna argumentorum copia, via et ordine, enucleate et dilucide explicantur, fidei catholicae veritas illustratur, perniciosi errores et profanae haereses profligantur* (1). Silentio pariter obvolvo quod revera ipsius doctrina magno fuerit usui Concilio Lugdunensi secundo ad Graecorum schisma tollendum, *orientalesque nationes ad Apostolicae Sedis obedientiam, unitatem, communionemque* reducendas, proindeque dignus habitus fuerit, *quem Graeci Euthychii nomine appellarent* (2): quod in Constantiensi de calicis communione, ac rursus in Basileensi de communione sub utraque specie, de corrigendis peccatis publicis, de libera praedicatione verbi Dei, de civili dominio cle-

(1) Bulla Sixti V, *Triumphantis Jerusalem.*
(2) Ibid.

ricorum quaestionibus resolvendis inservierit, et doctrinae catholicae vindicandae (1): quod in Florentino etiam, ad res difficiles explicandas adhibita, eo demum cessit, ut, consentientibus latinis graecisque Patribus, res fuerit ad praescriptum ejusdem doctrinae definita: quod in Tridentino summopere commendata, ac ita in ferendis decretis adhibita, ut nedum sententiae, sed ipsa quandoque verba S. Bonaventurae in illis relata, pateant conferenti: quod demum in Vaticano Concilio promovendae dogmaticae definitioni de Romani Pontificis in fidei et morum materia ex cathedra loquentis infallibilitate utilis evaserit, testes sunt ipsius sacrosanctae Synodus Patres, quorum aliis adfirmantibus S. Bonaventurae doctrinam Pontificiam infallibilitatem adstruere, aliis vero dubitantibus, demum ex variis ejusdem operibus in parvum opusculum (2) a nobis collecta et illustrata, atque omnibus Concilii Patribus a Generali Ministro Ordinis Minorum oblata, inventa est tam explicite favere Romani Pontificis juribus et ejus

(1) Tom. 16 Concilior. Labb. edit. Coletanae, col. 1244, ac ejusdem edit. tom. 17, col. 872.

(2) Quod inscribitur: *Seraphici Doctoris Divi Bonaventurae Doctrina de Romani Pontificis primatu et infallibilitate a P. Fideli a Fanna collecta et adnotata. Taurini apud Petrum H. F. Marietti, 1870.* Ex quamplurimis in eodem contentis, tria hic tantum affero testimonia, quae naturam potestatis et infallibilitatis Romani Pontificis tradunt.

1. " Triplex est autem hujus potestatis plenitudo, scilicet quod ipse Summus Pontifex solus habet totam plenitudinem auctoritatis, quam Christus Ecclesiae contulit; et quod ubique in omnibus ecclesiis habet illam sicut in sua speciali sede romana; et quod ab ipso manat in omnes inferiores per universam Ecclesiam omnis auctoritas, prout singulis competit eam participari, sicut in coelo ab ipso fonte totius boni Christo Jesu fluit omnis gloria sanctorum, licet eam differenter singuli participent pro captu suo. „ (Editio Vaticana tom. VII, p. 366).

2. " Petro Dominus dedit super alios apostolos ordinariam potestatem dicens (*Luc.* XXII): *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* In hujus rei figuram dicitur (*in Lib. Sap.* XVIII) quod in veste poderis quam habebat Aaron, totus erat orbis terrarum. Quod si unus non esset, qui in omnes exercere posset jurisdictionem, ubi maneret status Ecclesiae? Si partibus discordantibus non esset qui posset mittere manum in ambabus, fuisset synagoga felicior quam Ecclesia, quia illa habebat unum summum pontificem qui omnes discordias poterat terminare, ut patet in Deuteronomio cap. 17. „ (Ibid., pag. 332).

3. " Quod si tempore sacerdotii figurativi, pontificis sententiae adversari malum erat, mortisque poena mulctandum, multo fortius tempore veritatis et gratiae revelatae, quando Christi Vicario plenitudo potestatis collata esse dignoscitur, malum esse constat nullatenus tollerandum, in fide vel moribus ejus definitioni dogmatizare contrarium, approbando quod ipse reprobat, reaedificando quod ipse destruit, defensando quod damnat. „ (Ibid. pag. 412).

infallibilitati, ut nulla magis aliorum Ecclesiae Doctorum. Nobis etiam praetereundum est, S. Bonaventurae doctrinam methodum sequi, quam scholasticam vocant, quae quidem perutilis est disciplinis tradendis, facultatum intellectualium viribus provehendis, erroribus detegendis, haereticorum versutiis praecavendis; quaeque jamdiu, vitandae nimiae subtilitatis inutiliumque quaestionum specie, a scholis rejecta, hac etiam nostra aetate plus justo negligitur, graviorum studiorum et mentis humanae perfectionis magno detrimento. Hac sane methodo scholasticus est S. Bonaventura aeque ac S. Thomas, unde una cum eo, ob doctrinae potissimum claritatem, amplitudinem et profunditatem, scholasticae theologiae princeps jure longe aequissimo habendus est. Neque lectorem morabor ad ostendendum, nullam in universa theologia tum dogmatica tum morali quaestionem fuisse, quam ipse non enodaverit, nullamque ordinis naturalis disciplinam suo aevo excultam, cujus perfecte gnarum non se praebuerit, atque ad orthodoxae fidei praesidium, dogmata illustranda, mores tuendos, perfectionis viam docendam non vindicaverit. Nec tandem enumerabo *plurima librorum optimorum tum in sacris literis, tum in majoribus scientiis monimenta ab eo relicta, quae essent omni tempore posteris profutura* (1), e quibus ejus calami comprobatur foecunditas. Hae namque qualitates et aliae plures, quas nec obiter perstringo, Bonaventurianae doctrinae, *Doctorem* quidem constituunt, qui scriptorum excellentia utilitateque, ac scientiae amplitudine, cum pluribus convenit Ecclesiae Doctoribus, ac praesertim cum S. Thoma Aquinate, minime vero exhibent *Seraphicum Doctorem*.

Simili prorsus modo si *Seraphicum* seorsim a Doctore contemplari voluero, non desunt alii multi seraphici viri ac etiam mulieres, qui eumdem honorem adepti sunt ob excellentiorem in Deum charitatem, inter quos eminet sane meus beatissimus parens Fran-

(1) Bulla *Superna*, Sixti IV.

ciscus Asisias, qui eotenus divini amoris incendio exarsit, ut insignia vulnerum Domini nostri Jesu Christi in suo corpore visibilia ita portare meruerit, ut nullus umquam vivam crucifixi Jesu imaginem magis expresserit. Quicumque igitur sancti viri et mulieres extatico amore prae aliis ita excelluerunt, ut illum, quem Seraphim habent, proximius imitentur, jure Seraphici aut vocantur aut vocari possunt, quia *Seraph* amorem designat, ab eoque nomen sortiuntur coelestis ille supremae hierarchiae spiritus, qui Deo contemplando omnibus propinquiores, caeteris quoque ardentius amant. At non ex hoc sancti illi, doctores continuo vocantur, sed tantum *Seraphici*. Non negaverim quidem et hac ratione *Seraphici* nomen convenire posse S. Bonaventurae, qui extatica contemplatione donatus fuerat prope singulari, ita ut sursum in Deum extra sensus raperetur, vel cum operibus scribendis incumberet, et amorem quo interius aestuabat, ita exterius in conversando exprimeret, *ut quicumque eum viderent, ipsius amore incontinenti caperentur ex corde* (1), *ejusque piissima monita obedienter reciperent* (2); sed hinc *Sanctus* ipse *seraphicus* esset, minime autem *Doctor Seraphicus* jure appellandus.

Quid igitur *Doctor Seraphicus?* cognitionem cum amore, lucem cum igne, intellectum cum affectu, doctrinam cum charitate, scientiam cum sapientia pari foedere ita in aliquo consociari exigit, ut non tantum interius in viribus animae, aut exterius in conversatione emineant, sed in ipsa scripta Ecclesiae Doctore digna, munere quodam divino magis unico quam raro, sic refusa sint, ut ab omnibus et percipi et sentiri possint. Haec ratio est, cur hominum universalis perpetuusque consensus, *Doctoris* titulo, eidem ab Ecclesia rite collato, *Seraphici* nomen copulavit, ad exprimendum videlicet proprium Bonaventurianae doctrinae

(1) Synchronus auctor apud Labb. tom. 14. Concilior. col. 500 edit. Coletanae.

(2) Robertus de Licio episcopus Aquilanus, in Sermone de laudibus S. Bonaventurae, et Octavianus de Martinis.

characterem et fructum, quibus a ceteris omnibus distingueretur. *Nemo enim adeo est voluptatum illecebris illaqueatus, quin si diligenter et attente libros ejus legat, aliquando et saepius non compungatur, et a carnis desideriis ad superna suspiret* (1). Docet namque illuminando intellectum, et affectum ad spiritualia inflammando. Et *sic scribendo cum summa eruditione parem pietatis ardorem conjungit, ut lectorem docendo moveat, et in intimos animi recessus illabatur* (2). Quam gratiam, ait Sixtus V, in ejus ore et calamo diffusam admirans Sixtus IV, illud dicere non dubitavit: *Spiritum Sanctum in eo locutum videri* (3). Merito itaque factum est, ut *Seraphicus Doctor,* longe ante ipsam ejus canonizationem, nominaretur.

III.

Nemo autem putet, ob ascetica quae S. Bonaventura lucubravit, *Seraphicum Doctorem* appellari meruisse. Hujus certe generis libri, nisi pietatem aliquam redoleant, longe absunt a fine ad quem intendunt: et plurimi sunt a diversis conscripti, qui magnam praeseferunt devotionem, nec ideo tamen ipsorum auctores seraphici doctoris titulo gaudent: quia si pietas adest, scientia deest doctore Ecclesiae digna; si multum ardent, parum lucent; si amoris ingerunt multum, cognitionis parum; si voluntatem denique inflammant, intellectum saepe negligunt. Sane et Bonaventura plures de re ascetica digessit libros, qui magnam sanctitatem spirant, sed cum doctrina pari; unde simul et illuminant intellectum et legentis affectum ad superna trahunt. Id autem admirationi debet esse nemini, cum potius mirandum valde esset, si vel pauca de re ascetica scripsisset, vel in iis non

(1) Baptista de Judicibus Ordinis Praedicatorum theologus et episcopus Ventimiliensis, in processu Canonizationis S. Bonav. apud Balutium, *Miscellan.* aucta a I. D. Mansi, tom. 4 Supplement. ad Concilior. collection., pag. 478 edit. Lucae 1764.

(2) Bulla Sixti V, *Triumphantis Jerusalem.*

(3) In Bulla Canonizationis.

excellerent pietas simul et doctrina illius, qui *Doctor Seraphicus* antonomastice vocatur. Ob hanc tantummodo excellentiam, qua S. Bonaventura in asceticis digerendis ita conjunxit summam pietatem cum doctrina pari, ut nullus ei comparandus sit in hoc scribendi genere, multi *Seraphicum Doctorem* vocatum putant. Sed qui id existimaverit, profecto ostendunt, se haud perspectas habere rationes tum generales tum speciales, quibus Ecclesia ducitur in texendo suorum Doctorum catalogum. Ad Sanctum porro Bonaventuram quod attinet, non ob ascetica quae scripsit, Ecclesiae Doctor solemniter renunciatus fuit a Sixto V, sed quia « habita cum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus « deliberatione matura, de eorumdem consilio et unanimi as- « sensu, et ex certa scientia ac de attributae Apostolicae pote- « statis plenitudine, perpetuo valitura constitutione, doctrinam « ipsius S. Bonaventurae a praedecessoribus Clemente IV, Gre- « gorio X et Sixto IV laudatam, in Concilio Lugdunensi maxime « spectatam, in Florentino etiam ad res difficiles explicandas « adhibitam, gravissimorum virorum auctoritate testificatam et « commendatam, et EXIMIO ECCLESIAE DOCTORE DIGNAM, ipse quo- « que plurimum in Domino laudat et commendat, ac literas « ejusdem Sixti IV, quas pro expressis haberi vult, approbans « et innovans, ipsum S. Bonaventuram, jure sanctorum Docto- « rum consortio ab eodem Sixto IV adscriptum et adnumeratum, « auctoritate Apostolica INTER PRAECIPUOS ET PRIMARIOS, QUI THEO- « LOGICAE FACULTATIS MAGISTERIO EXCELLUERUNT, HABENDUM ESSE DE- « CERNIT ET DECLARAT (1). » Minime igitur ob ascetica, sed ob theologica Doctor Ecclesiae renunciatus fuit S. Bonaventura, ac non tantum Doctor simpliciter appellatus, sed eximius Doctor, ac inter praecipuos et primarios, qui theologicae facultatis magisterio excelluerunt, recensitus.

Nec etiam putandum est ab hominum universali perpetuoque

(1) Bulla *Triumphantis Jerusalem*.

consensu, *Seraphici* nomen Doctori additum, vel quia mira pietate et doctrina ascetica scripserit, vel quia ob theologicae doctrinae praestantiam inter primarios et praecipuos Ecclesiae Doctores connumeratus fuerit, sed quia ipse « non in ethicis modo aut divinis « libris, sed in rebus subtilissimis etiam naturalibus, quam- « dam semper mentis contemplationem et raptum in Deum ani- « mum saporemque supernarum rerum ostendit, ut sive spe- « culabilia doceat, sive de moribus disserat, et ipse ad de- « votionem legentes invitet (1). Nam si diligenter libros ejus in- « spicias et modum dictantis attendas, dices universam illam « doctrinam totam redolere sanctitatem. Ita enim scribebat, ut « gustare quae scriberet videretur. Unde vere potuit dici illius « sapientia, sapida scientia, quia ipse scribendo gustabat, et « eadem legentibus, etiamsi carnales sint, saporem generat « sanctitatis (2). » Quam quidem ejus doctrinae proprietatem numquam satis admirari possum, si animadverto, scholasticum fuisse nostrum Bonaventuram. Quia igitur non modo in asceticis, sed et in omnibus suis operibus, eximio Ecclesiae doctore dignis, et intellectum illuminat et voluntatem inflammat, aequissimo jure Doctoris titulo praedicatum *Seraphici* adjectum fuit, ad innuendum S. Bonaventurae doctrinam, neque tantum Doctoris neque tantum Seraphici esse, sed *Doctoris Seraphici*, ita ut ex his duobus, ordine logico, primum locum sibi vindicet *Doctor*, alterum *Seraphicus;* simili prorsus modo, quo in sanctis viris, qui ob charitatem tantum, non vero ex doctrina, seraphici dicuntur, primo ponenda est ratio generica sanctitatis, quae est charitas omnibus sanctis communis, ac dein specialis, quae est charitas ardentior quam in aliis, ac ita ardens, ut ab ipsa quam Seraphim habent, designari possit; unde *sanctis* jam existentibus, *seraphici* praedicatio superadditur.

(1) Baptista de Judicibus Ordinis Praedicator., lib. 1 de Canoniz. S. Bonav. apud Baluzium, *Miscell.*, tom. 4, pag. 478.

(2) Idem, ibidem.

Hinc haud recte judicarit quisquis existimaverit, Bonaventurianam doctrinam ex eo quod *Doctoris Seraphici* est, ac *dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem affectus* (1), non pertingere ad eam altitudinem, ad quam aliorum doctorum sanctae Ecclesiae doctrina pertingere noscitur. Quandoquidem si *Seraphici Doctoris* est doctrina, utrumque pari, imo summo gradu complecti necesse est, nimirum lucem et ardorem, altitudinem et pietatem, scientiam et charitatem, intellectum et sapientiam. Quod ut intelligatur, inde mihi ratio petenda est, unde primo Seraphici nomen deductum. Noverunt enim rerum theologicarum periti, expertes materia spiritus, quos angelos communiori vocabulo appellamus, ac in tres hierarchias et novem ordines distingui agnoscimus, ab eo denominari quod praecipue in singulis eminet ordinibus, ordinum inferiorum respectu. Unde sicut qui majori quam ceteri in Deum charitate ardent, ab *ardere* Seraphim vocantur, ita qui majori quam sibi inferiores scientia pollent, a *scire* Cherubim dicuntur. Non ideo tamen putandum est, Seraphim sapientiam, qui in suprema hierarchia altiores sunt ceteris, ab ea quae est Cherubim, qui in eadem hierarchia secundum obtinent locum, superari posse. Cum enim nihil sit volitum quin praecognitum, adeoque amor praesupponat cognitionem veluti effectus causam, hinc consequi necesse est, quod, sicut Seraphim omnibus omnino angelis charitate praestant, sic etiam omnes plane superant et sapientia, proindeque vel ipsos Cherubim; eadem prorsus ratione qua ipsi Cherubim, quia omnes angelorum ordines sibi inferiores sapientia vincunt, omnibus etiam charitate excellunt, Seraphim tantummodo exceptis, sibi in utraque superioribus, utpote qui plenius attingunt Dei sapientiam et bonitatem. Cum itaque nomen *Seraphim*, licet unum exterius sonet, duo tamen re includat, eaque paria et summa, videlicet cognitionem qua nihil altius, et amorem quo nihil ardentius in ceteris angelorum choris; ideo

(1) Joannes Gerson, *De examinatione doctrinarum*, tom. I, col. 21, edit. Antuerp. 1706.

doctrina ejus, quem aequo jure *Doctorem Seraphicum* nuncupatum vidimus, altissima simul debet esse et piissima, ideoque recte loquendo, *non cherubica*, sed *seraphica* dicenda est.

IV.

Attamen ad distinguenda illa duo quae seraphica doctrina complectitur, quatenus lucet cherubicam vocabimus, quatenus ardet seraphicum nomen retinemus. Quia igitur Cherubicus est S. Bonaventura, ideo *in logicis demonstrationibus et concertationibus usque adeo excelluit, ut iis qui disputationem cum eo suscepissent, difficile esset argumentorum illius aciem effugere, si quando res ita postularet* (1); atque ita studet in operibus suis illuminationi intellectus, *ut judicare non possis, an exponendo subtilior, an facilior, an clarior, an perspicacior, an sive doctis sive insipientibus accommodatior, an disserendo subtilia aptior, an moralia docendo speculabilior fuerit, in quo genere doctrina ejus maxime inter ceteras videtur excellere* (2). Quia vero Seraphicus est, *non mordax, non detrahens, sed totus suavis et benignus* (3), irenica methodo utitur in exponendis contrariis sanctorum doctorum sententiis, et *praeterea recedit a curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas* rei de qua agit *more multorum* (4). Quia denique Seraphicus simul et Cherubicus est, ideo *profundus est non verbosus, subtilis non curiosus, disertus*

(1) Galesinius in vita S. Bonav., cap. 10.

(2) Lib. 1 de Canoniz. S. Bonav. apud Balutium, *Miscell.* tom. 4, pag. 478.

(3) In processu Canoniz. apud. Balutium, *Miscell.* tom. 4, pag. 478.

(4) Joannes Gerson, *De examine doctrinar.*, tom. 1, col. 21, edit. cit. — Idem Gerson in opusc. *De modis significandi*, p. 2, *De concordia Methaphysicae cum Logica*, tom. 4, col. 829, de quorumdam pertinacia et animositate in disputationibus conquestus, Doctorem Seraphicum in exemplum pacis et concordiae designat, " qui, inquit, studuit de variis opinionibus semper elicere illud quod verum apparebat, et cum sobrietate magna dimittere illud quod nimium vel parum videbatur.„ De hac ipsa dote S. Bonaventurae doctrinae, Breviar. Rom. Seraph. ad 14 julii hoc fert elogium: " Sapientia ejus pudica fuit et pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis.„

non vanus, flammantia non inflantia verba proferens (1). Et quia profundus est non verbosus, subtilis non curiosus, disertus non vanus, flammantia non inflantia verba proferens, ideo veluti Seraph, Dei sapientiae quae simplex et unica est propinquior, pauciora quam alii ad res explicandas verba adhibet, crebriores sententias, atque a Deo quantum potest, initium argumentandi et altissimas rerum petit rationes. Et cum a creaturis incipere debet, quantocius potest lectorem ad Deum reducit, quia ipse in suis scriptis totus est in ostendendo Dei causalitatem et coëfficientiam in universo, omniumque creaturarum et actionum subjectionem et habitudinem ad Deum, quem proinde ubique et semper obvium habet. Ac tantam saepe colligit doctrinam philosophicam vel theologicam in parvo opusculo, vel uno operis capite, aut una quaestione, quantam alii vix magno volumine aut integro tractatu comprehendere solent. Quamobrem ejus doctrina, quae primo intuitu legenti pauca et obvia complecti videtur, multa dein et profundissima paucis ac summatim perstringere cernitur. Unde quod prius fons parvus videbatur, mox crescere prospicitur in fluvium eruditionis maximum, et in lucem solemque scientiae et sapientiae converti, atque in aquas plurimas doctrinae salutaris redundare, quae mentem pariter et cor hominis maxime foecundant, et uberrimos fructus justitiae et veritatis ferre faciunt. Ideo ipsemet Bonaventura a Petro Capullio episcopo Conversano merito vocatur *vir plane divinus, et in omni disciplinarum genere singularis, quem vere docti observant et venerantur* (2). Hic itaque character, haec laus doctrinae S. Bonaventurae, quae profecto alteri non dabitur, esse scilicet cherubicam simul et seraphicam. Nam *S. Thomas, Alexander de Hales, Scotus et alii communiter super Sententias scribentes, abundant in rationali, et ad intellectum excolendum satagunt: porro Bona-*

(1) Joannes Trithemius Ordinis S. Benedicti, Abbas Spanhemiensis, lib. *de Scriptoribus eccles.* pag. 112, apud *Biblioth. Ecclesiast.* Joannis Alberti Fabricii, edit. Hamburg. 1718.

(2) Ad lector. tom. 2. Commentar. in 2 Sentent.

ventura tam in rationali, quam in concupiscibili abundat (1). Quod sane perinde erat ac dixisse: Alii doctores cherubici quidem sunt, unus Bonaventura seraphicus simul et cherubicus. Idem sonant verba Sixti V Pontificis Maximi dicentis: *Fuit in S. Bonaventura id praecipue et singulare, ut non solum argumentandi subtilitate, docendi facilitate, definiendi solertia praestaret, sed divina quadam animos permovendi vi excelleret* (2). Hic itaque character, haec laus doctrinae S. Bonaventurae, quae profecto alteri non dabitur, quia scilicet *multi doctrinam proferunt, devotionem praedicant multi; pauci in scribendo libros docuerunt utrumque. Bonaventura autem et multos superavit et paucos, dum ejus doctrina devotionem, devotio instruit doctrinam* (3). *Sint* itaque *alii doctores qui dicantur cherubici; Bonaventura autem verissimo nomine Seraphicus simul et Cherubicus, quia inflammat affectum, et erudit intellectum, reducit et unit ad Deum per amorem excitativum* (4).

V.

Jam vero ex dictis consequi nemo non videt, nullam dari doctrinam, qua magis provehatur humana perfectio, quam quae seraphica simul et cherubica est. Hominis namque perfectio a duobus noscitur integrari, a cognitione scilicet et amore, a scientia et pietate, a speculatione et operatione, a sapientia et sanctitate, quibus duplex ejusdem facultas nempe intellectus et voluntas, a duplicis objecti, scilicet veri ac boni utriusque ordinis tum naturalis tum supernaturalis perceptione, utcumque in hac vita completur, habilisque efficitur ad summum verum et aeternum bonum

(1) Gaspar Schatzgerus, insignis et praeclarae eruditionis vir, lib. 18 *De via illuminativa*, fol. 325, edit. Ingolstad. an. 1543.

(2) Sixtus IV in Bulla *Triumphantis Jerusalem*.

(3) Trithemius, *De Scriptorib. eccles.*, edit. cit., p. 112.

(4) Joannes Gerson, in epist. missa Lugdun. ad quemdam Minoritam an. 1426, edit. Antuerp. 1706, tom. 1, col. 119.

in altera, sicuti est, intuendum et amplexandum. Illorum alterum si ab altero sejungatur, humana quae haberi potest in praesenti vita perfectio consistere nequit, nec etiam ea, quae in altera est, obtineri. Unde ipsa veritas et bonitas Christus Jesus, Joannis Baptistae laudans perfectionem, hanc duo illa complecti debere innuit, dicens: *Ille erat lucerna ardens et lucens* (1). Quae verba commentans S. Bernardus, inquiebat: *Est tantum lucere vanum, tantum ardere parum; lucere et ardere perfectum* (2). Hanc utique perfectionem omnes habuerunt sancti Ecclesiae doctores, quia omnes scientia pariter et charitate excelluerunt, omnes utramque scriptis promovent suis, at non omnes usque adeo, ut, sicut legentis animum scientia immediate imbuunt, sic etiam affectum immediate inflamment; vel non usque adeo eorum scripta redolent amorem, ut alius quis praeter Bonaventuram, *Doctoris Seraphici* nomen mereatur. Omnes quidem lucent propter charitatis ardorem, quam, luce doctrinae mediante, accendunt et fovent: unus vero Bonaventura lucet simul et ardet in scriptis suis, quibus utrumque simul et immediate promovet in legentium animis, cognitionem videlicet et amorem, scientiam et charitatem. Id namque *praecipuum et singulare fuit in Bonaventura, quod sic scribendo cum summa eruditione, parem pietatis ardorem conjunxit, ut lectorem docendo moveat, et in intimos animi recessus illabatur*, AC SERAPHICIS QUIBUSDAM ACULEIS *cor compungat, et mira devotionis dulcedine perfundat* (3). Unde merito nedum Doctor *pulcherrimus et excellentissimus super omnes doctores sui temporis* audit (4), sed ipse solus elapsis hucusque temporibus, ut *magister illuminatissimus, pro singularitate sapientiae appellatus est* DOCTOR SERAPHICUS (5).

(1) Joann. v, 35.

(2) Serm. in Nativ. S. Jo. Bapt., edit. Venet. 1750, tom. 2, col. 267.

(3) Bulla *Triumphantis Jeruzalem*.

(4) Martinus monachus Fuldensis, in suo Chronico perducto ad annum 1373, apud Joannem Georgium Eccardum in Corpore Historico medii aevi, edit. Lipsiens. an. 1723.

(5) Joannes de Turrecremata Ord. Praedicator. in Tractatu *De veritate conceptionis B. Virginis* part. 6, cap. 30, fol. 121, edit. Romae 1544.

Quisquis igitur humanae perfectionis cupidus, hanc per media faciliora et proximiora sibi esse adipiscendam recte judicat, huic profecto S. Bonaventurae doctrina prae aliis eligenda, ejusque scriptis prae aliis insistendum. *Ille enim*, ajebat clarissimus Gerson, *ille enim singulariter inter omnes Doctores catholicos, pace omnium salva, videtur idoneus et securissimus ad illuminandum intellectum et inflammandum affectum.* Unde *si quaeratur a me, quis inter ceteros doctores plus videatur idoneus, respondeo sine praejudicio, quod dominus Bonaventura, quoniam in docendo solidus est et securus, pius et devotus* (1). *Si ergo et doctus vis esse et devotus, illius operibus esto intentus* (2).

Equidem si ullis umquam temporibus opus fuit doctrinae vacandi, quae, dum studet illuminationi intellectus, totum *referat ad pietatem et religiositatem affectus*, haec nostra sane ipsa sunt, in quibus tanta malorum viget multitudo, ut undique veritas et charitas, ex quibus anima Ecclesiae Christi constituitur, acerrime impugnentur. Atqui hujusmodi doctrina ea profecto est, quae seraphica simul et cherubica merito nuncupatur: haec vero ejus propria est qui jure *Doctor Seraphicus* antonomastice dicitur, quique in omnibus scriptis suis *ignem docet cum lumine* (3), ac *ea de divinis rebus scripsit, ut Spiritus Sanctus in eo locutus videatur* (4). Qua plane doctrina, cum seraphica sit, *nulla sublimior, nulla divinior, nulla salubrior, nulla suavior pro theologis* (5). Quapropter idem celeberrimus Joannes Gerson Universitatis Parisiensis Cancellarius, quamvis ingenio, doctrina et scriptis maxime floreret, se tamen, divinam praecellentiam operum S. Bonaventurae demiratus, veluti garrulum arguebat (6), atque ideo ab aliis operibus lucubrandis sibi supersedendum esse existimans

(1) De examin. doctrinar., tom. 1, col. 21, edit. Antuerp. 1706.

(2) Trithemius, *De Scriptoribus eccles.*, cit. edit., pag. 112.

(3) Joan. Gerson *in epist. ad quemdam Minoritam.*

(4) Bulla *Superna* Sixti IV, et *Triumphantis Jerusalem* Sixti V.

(5) Joan. Gerson, in Tract. *De examinat. doctrinar.*, t. 1, col. 21, cit. edit.

(6) Ibid. " Quanto, inquit, diligentius in senectute mea sum revolutus ad studium ipsius (Bonaventurae), tanto facta est amplius confusa garrulitas mea. "

ut Bonaventurianis multiplicandis operam impenderet, se et alios ad id laboris excitabat inquiens: *Dixi mecum: Sufficit haec doctrina. Ut quid stulto labore consumeris? Quid dictas ? Quid scribis? Multiplicentur potius et transcribantur opera Doctoris istius, de quo vere dicitur illud Christi de Joanne: Erat lucerna ardens et lucens* (1).

Nobis propterea qui toto coelo ab eminentia Gersoniani ingenii distamus, cum tamen pariter cum eo vehementer admiremur singularem ac prope divinam S. Bonaventurae sapientiam, eadem illius verba usurpare, ac potiori jure, alia si praestare cuperemus, nobis ipsis dicere liceat: Multiplicentur potius opera *Doctoris Seraphici*, quorum hactenus cusas editiones haud sufficere ad integram et germanam ejusdem doctrinam exhibendam compertum habemus, et in sequenti capite aggredimur demonstrare.

(1) In eodem Tract. *De exam. doctrin.*, loc. cit. — In epistola vero ad Oswaldum Carthusiensem edit. cit., tom. 1, col. 116, ait: " Doctrinam theologicam proprie dicendam eximii et Seraphici Doctoris domini Bonaventurae Cardinalis, offero me laboraturum, quod habeatur ad transcribendum. "

CAPUT II.

De generalioribus operum Sancti Bonaventurae collectionibus, deque praecipuis qui eadem censuerunt auctoribus, qui majori vel auctoritate vel eruditionis fama gaudent, seu causae proximae novae editionis adornandae.

I.

Doctor Seraphicus tantam sapientiae famam in universi orbis partibus consecutus est, ut non solum viri summi et Universitates ejus doctrinam secuti fuerint, inque suis scriptis retulerint aut commentariis illustrarint, verum etiam plura opera quae sub ejus nomine circumferebantur, ad eorum utilitatem qui Latio minime assueti essent, in varias linguas, italicam, germanicam, gallicam, anglicam, hibernicam, flandricam, hispanicam, sclavicam, sinensem, aliasque alibi recensendas, translata fuisse compertum habeamus. Statim vero ab ipsis artis typographicae incunabulis imprimi coepta, quandoque absque temporis, loci ac typographi notis, quandoque his omnibus notis, vel earum aliqua, impressis, ita frequenter eadem aut alia dein inventa iterum edi continuatum, ut in singulis saeculis pauci numerentur anni, quibus nulla, aut plurium simul, aut singularium operum S. Bonaventurae tributorum, editio prodierit. Quae omnia et singula cum nostrae futurae editionis praefationes et prospectus chronologici relaturi sint, nunc ad rem nostram genera-

liores tantummodo operum S. Bonaventurae collectiones paucis perstringimus, ut veluti materiam exhibeamus integram, circa quam praecipui illorum censores in diversas abierunt sententias.

Prima itaque omnium operum et opusculorum S. Bonaventurae editio Romae prodiit, typis Vaticanis, jussu Sixti V Pontificis Maximi an. 1588 coepta, atque ad umbilicum perducta sub Clemente VIII an. 1599. Septem tomis in folio constat, quorum sextus et septimus opuscula continent in quatuor partes tributa, reliqui opera. *Nullum ferme opus*, ait Casimirus Oudinus, *ex Vaticana typographia processit, quod his operibus comparari possit ob papyri nitorem atque puritatem, ob praeli elegantiam et emendationem, omnibus in hac editione ad splendorem concurrentibus* (1). Ipsi adornandae operam contulerunt egregiam viri doctissimi plures, atque ingenii laude percelebres, nec, pro tempore quo vivebant, artis criticae expertes, nimirum: Constantius S. Rom. Eccles. Cardinalis Sarnanus, Minorita Conventualis, qui fato cessit antequam opus completum videret: Angelus Rocca Ordinis Eremitarum S. Augustini, sacrarii apostolici praefectus et episcopus Tagastensis: Franciscus Lamata doctor theologus, ac denique Petrus Galesinius Protonotarius, ut ajunt, Apostolicus.

Hi viri eruditissimi tantam conciliarunt auctoritatem editioni a se adornatae, ut ad hujus normam prodierit altera, nempe Moguntina, an. 1609, sumptibus Antonii Hierati, ac tertia Lugduni an. 1678, impensis Philippi Borde, Laurentii Arnaud et Petri Borde, utraque septem voluminibus in folio constans, ordine editionis Vaticanae in operum distributione nihil immutato.

Quarta editio Venetiis lucem aspexit an. 1751 ex typographeo Stephani Orlandi et Joannis Baptistae Albritii, curantibus patre Joanne Mazzucato et patre Joanne de Augustinis, qui, Venetiis nati et regulam S. Francisci professi, quatuor per an-

(1) In Commentar. de Scriptoribus eccles., tom. 3 col. 380, edit. Lypsiae an. 1722.

nos studio praemisso (1) ad opus sibi sumptum recte exequendum, tomis tredecim, ut ajunt, in quarto, omnia opera et opuscula editionis Vaticanae ediderunt, tres in partes ea tribuendo, quorum una opera certa, altera dubia, tertia suppositia ex eorum sententia complecteretur, addita in initio Seraphici Doctoris *Vita* una cum *Diatriba historico-chronologico-critica in opera ejusdem*. In hac porro *Diatriba* tot secernunt opera dubia ac spuria, quae S. Bonaventurae denegent, ut ex tredecim voluminibus nonnisi quinque opera certa continere asserant, reliqua vero dubia aut supposititia.

Hac editione an. 1756 ad finem perducta, iterum de nova paranda coeptum est cogitari, opusque demandatum clariss. patri Benedicto Bonelli a Cavalesio, non modo impressa opera, verum etiam anecdota, quae laterent, conquirendi edendique, ac singula ad artis criticae regulas denuo exigendi. Causis infra dicendis impeditus quominus illa omnia praestaret, *Prodromum ad opera omnia S. Bonaventurae* lucubravit, et *Supplementum* ad eadem post illum vulgavit, de quibus etiam infra.

Paucis ab hinc annis typographi duo in Italia opera omnia S. Bonaventurae suis gestiebant dare praelis, quorum alter F. Albergetti e Tusciae Pratensi urbe impressis litteris die 4 Octobris 1855 propositum suum palam faciebat: alter vero illustris vir Petrus Fiaccadori programma novae editionis operum S. Bonaventurae et S. Anselmi, quae prodire debebant in lucem sub auspiciis sanctissimi D. N. Pii Papae IX, in lucem emittebat Parmae, tertio idus Maji anni 1867. Quibus uterque difficultatibus conceptum opus executioni mandare nequiverit, non didicimus. Ad alterum quod spectat, nempe Fiaccadori, forte a proposito ipse discessit, cum audivit opera omnia S. Bonaventurae jam edi coepta Parisiis anno 1864. Neuter vero praefatis litteris, quas editionis programma vocant, nos docuerat, quaenam studia prae-

(1) Cfr. *Praelocut.* Edit. Venet. tom. 1, pag. 4.

missa fuissent novae, quam moliebantur, editioni adornandae. Tandem et clarissimus presbyter Migne jam edidisset opera omnia S. Bonaventurae, nisi ejus typographeum, magno reipublicae christianae et literariae detrimento, incendio pene consumptum periisset.

Haec quidem satis ostendunt, post Venetam editionem, aliam exornari diu multumque desideratum, ac pluries id frustra tentatum usque ad annum 1864, quo tandem quinta editio omnium operum S. Bonaventurae prodire coepit in lucem Parisiis apud Ludovicum Vivés bibliopolam, cura et studio A. C. Peltier ecclesiae Rhemensis canonici, qui eam exigere coepit ad normam Venetae editionis, *Prodromo* et *Supplemento* Bonelliano penitus ignoratis. Editor ille in gallica praefatione causas aperiens, cur ipse, ut Veneti editores, primum locum in sua editione dare censuerit Commentariis S. Bonaventurae in libros Sententiarum, se non iisdem rationibus, quibus illi, motum fuisse testatur, sed ex eo quod Commentaria illa cum sibi viderentur primum opus a S. Bonaventura lucubratum, ac plura quam cetera authenticitatis exhibere momenta, illis manum primo admovendo, pedetentim addisceret phrasim ac stilum S. Bonaventurae, quibus cognitis, melius dein judicare posset, cujusnam ponderis essent quae Veneti editores objiciunt contra magnam partem operum S. Bonaventurae adscriptorum (1). His lectis in gallico idio-

(1) Dimidiam partem gallicae praefationis ad novam operum omnium editionem hic damus: « C'est aussi par cet ouvrage (les quatre livres des Sentences), le plus étendu d'ailleurs de tous « ceux de notre saint Docteur, qu'à l'exemple des éditeurs de Venise du milieu du dernier siè- « cle, quoique par un motif différent, nous commençons la collection de ses Oeuvres. Ce n'est « pas en effet que nous rangions parmi les écrits supposés, comme l'ont fait ces derniers, la « plupart des commentaires attribués communément à saint Bonaventure sur l'Écriture sainte, « et par lesquels pourtant, à cause peut-être, il est vrai, de la dignité du sujet, les savants théo- « logiens commis par le grand Pape Sixte V, avaient cru devoir ouvrir leur magnifique édition; « mais les motifs qui nous ont déterminé en cela sont premièrement, que les commentaires de « saint Bonaventure sur les Sentences semblent être le premier ouvrage qu'il ait, si non achevé, « du moins commencé d'écrire; secondement, parce que cet ouvrage est celui de tous qui pré- « sente le plus de caractères d'authenticité. En l'étudiant donc avant les autres, nous appre- « drons insensiblement à connaître la manière et le style de notre auteur, et par ce moy « nous nous mettrons plus en état d'apprécier la juste valeur des objections que les édite

mate, vehementer admirati sumus quod dominus A. C. Peltier, dum praelo subjectis operibus suam impenderet curam, eorum criticum se agere posse crediderit, qui nedum eruditione et scientia pollebant, sed etiam ad sententiam dicendam, quatuor annorum spatio rei judicandae studio se tradere necessarium duxerunt. Dein vero in processu editionis oblato sibi *Prodromo*, cui conficiendo quatuor annis auctor insudaverat, neque hujus sententiis semper ipse adhaesit, nulla prorsus auctoritate, nullis adductis rationibus, quibus eae, quas *Prodromus* affert, diluerentur. Quamquam porro etiam de *Supplementi* existentia dein admonitus fuisset, illud tamen edere, ceterisque operibus addere neglexit. Haec pro nunc sufficere possunt viris eruditis ad vim perpendendam hujus editionis, cujus vitia alias notanda erunt. Ceterum nulla quinque generalium editionum recensitarum, quoad puritatem chartae ac praeli nitorem, ad majestatem editionis Romanae assurgit: in omnes multa irrepsere menda, pauciora tamen in Romanam quam in alias, plurima vero in novissimam Parisiensem.

Materia itaque generalis, circa quam critici omnes censoriam virgulam exercuerunt, collectio est operum et opusculorum edi-

" de Venise ont cru pouvoir élever contre une partie certainement trop considérable des autres " écrits qui portent le nom de saint Bonaventure, en se fondant plus souvent sur une prétendue " différence de style..... Nous commencerons ce volume, comme ont fait les auteurs de l'édition " sortie des presses du Vatican, par la décrétale du Pape Sixte V, qui en ordonnait l'impression; " puis nous donnerons la Vie du saint Docteur, non pas, il est vrai, celle qui se lit en tête de " l'édition romaine, et qui avait pour auteur Pierre Galésini, parce que le travail de cet écrivain " renferme plus d'un anachronisme et est dépourvu de critique; mais celle qu'ont redigée les " éditeurs franciscains de Venise d'après les renseignements qu'ils ont pu puiser dans Wad- " ding, auteur des Annales de l'Ordre de saint François, et dans Sollier, célèbre bollandiste, " mois de juillet, tome III, article *S. Bonaventure*.

" Nous mettrons à la suite de cette vie de saint Bonaventure, la dissertation, *diatriba*, de ces " mêmes éditeurs sur l'authenticité des ouvrages qui lui sont attribués. Le plus souvent la cri- " tique de ces écrivains nous à paru outrée, et nous avons cru devoir la tempérer du moins " par quelques observations préalables, en attendant que l'occasion se présente à nous de les di- " scuter plus à loisir.

" Le lecteur ne s'offensera pas si dans la plupart de ces notes, comme dans cette préface, nous " lui parlons en français, au lieu de le faire en latin. C'est que nous voulons exprimer clairement " notre pensée, et la faire comprendre à nos lecteurs, et que nous courrions risque de man- " quer ce double but, si nous adoptions une autre langue que notre langue maternelle.„

tionis Romanae in subsequentibus denuo impressorum, cum nullus adhuc, quod ego sciam, magni ac veri nominis criticus, quidquam objiciendum invenerit contra *Prodromum* et *Supplementum* Bonellianum. Nemo enim vere prudens ac eruditus *Prodromum* ac *Supplementum* impugnare auderet, quin prius nova monumenta, a cl. Bonellio ignorata, detexerit, quae suo pondere aut praevalerent, aut destruerent vim illius argumentationis.

II.

Inter eos porro qui majori sive diligentia, sive doctrinae auctoritate, vel eruditionis fama, aut rationum pondere, opera omnia et opuscula S. Bonaventurae censuerunt, et a quibus ceteri fere omnes de illis judicantes sententiam mutuati sunt, Romani editores et Lucas Waddingus primas ducunt cohortes. Illi quidem pene omnia a se typis vulgata in Vaticana editione, S. Bonaventurae adscripserunt, atque ab eorum sententia parum discrepat Waddingus. Horum auctoritas norma fuit judicandi pluribus quam posteriorum censorum, vereque dici potest illorum sententiam adhuc tenere eos fere omnes qui operibus S. Bonaventurae utuntur. Quod sane inde etiam repetendum est, quod nomen Waddingi, ut Ordinis Minorum historiographi, ubique terrarum maximum est, et quod Romanorum editorum sententia, utpote quae in tribus relata est editionibus, nempe Vaticana, Moguntina et Lugdunensi, longius, latiusque percrebuit, valde autem minus notum fuerit, quid senserint critici posteriores, quos recensemus.

Qui secundas duxit acies primis omnino adversas, fuit Casimirus Oudinus, primo monachus professione, dein vero a religione et a fide apostata, qui eatenus in opera et doctrin

duorum scholasticae theologiae principum, Thomae videlicet Aquinatis et Bonaventurae Balneoregiensis, debacchatus est, ut neutrum autumaverit dignum Ecclesiae Doctoris titulo (1).

Mediam viam sibi tenere visi sunt Veneti editores, P. Joannes Illuminatus Mazzucato et P. Joannes de Augustinis, qui provinciam sibi sumentes, a Ministro Generali Ordinis S. Francisci non demandatam, edendi et censendi opera omnia S. Bonaventurae, nonnunquam Oudini quidem sententiam respuunt, at saepe nimis Romanis editoribus et Waddingo adversantur, unde et eruditorum judicio illius temporis, plus aequo intemperantiori criticae Oudinianae, vel ipsis fatentibus (2), se indulsisse convicti sunt.

Franciscanos hos duos, qui bona equidem intentione, sed malo successu, opera S. Bonaventurae germana a spuriis, certaque ab incertis distinguere tentarunt, Franciscanus alius, pater nempe Joannes Hyacinthus Sbaralea ex familia Minorum Conventualium, vir si quis alius eruditissimus et emunctae naris, suo in veritatem amore ductus, in multis solide refellit, ac simul Oudini convicia respuit, et certioribus argumentis ac validis rationibus multa ab illis denegata opera S. Bonaventurae restituit (3).

Sub idem ferme temporis, qui universo Minorum Ordini

(1) En Oudini verba: " Quamvis pontificii innumeri S. Thomam Aquinatem ob doctrinam laudarint, tamen apud viros narium emunctarum vel nullam vel modicam eruditionem ex lectione operum ejus hauriri creditur. Nam scholasticam trutinam et garrulitatem unicam sciebat, hac aetate omnibus scholasticis communem et facilem. Unde nullum ipsius hac in parte meritum agnosci potest..... Immerito itaque a Romanis Pontificibus Doctor Ecclesiae quintus..... renunciatus fuit: sicut et Sanctus Bonaventura (sextus Ecclesiae latinae Doctor), de quo dissertatione sequenti loquemur, idem judicium de ejus doctrina et operibus pronuntiantes.„ Qui iisdem ab hoste impetuntur maledictis, digni certe sunt, qui a catholicis pari veneratione et amore colantur. Probris et injuriis Oudini contra utrumque Doctorem unanimiter a catholicis rejectis et a summis viris refutatis, mihi liceat hic Oudino haeretico haeresiarcham opponere Lutherum, qui S. Bonaventuram *virum praestantissimum* appellavit. Confer Morerii *Dictionarium*, tom. 2, pag. 263, edit. Parisiens. 1743.

(2) In Diatriba historico-chronologico-critica, pag. 45, tom. 1, edit. Venet. Operum S. Bonav.

(3) In Supplemento ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci, Romae edit. 1806.

praeerat, P. Joannetius de Molina, Venetos editores *ab intemperantiori critica viri heterodoxi Casimiri Oudini deceptos fuisse* conquestus, *ut horum aberrationibus provideret*, munus commisit doctissimo sui Ordinis viro, atque in arte critica et antiquitatis monumentis evolvendis plurimum versato, novam editionem omnium operum S. Bonaventurae adornandi, in qua, quantum illi a veritate exorbitassent, probaretur, quae falso Bonaventurae tribuissent, abjudicando, quae autem injuria denegassent, restituendo (1). Vir iste doctissimus, cui perarduum munus illud ab sui Ordinis Generali Ministro fuerat commissum, est Benedictus Bonelli a Cavalesio, Tirolensis patria, ac strictiorem Regulae S. Francisci observantiam professus: qui, summo studio, incredibili labore et maxima diligentia, corrogatis undique quotquot ad rem suam habere potuit documentis, opus edidit insigne, quod inscripsit: *Prodromus ad opera omnia S. Bonaventurae*, in quo de ejus vita, doctrina, animadversionibus circa scripta, canonibus pro judicio de illis formando, indiculis catalogisque operum, editionibus, et manuscriptis codicibus totidem libris agens, tandem libro octavo omnia expendens et in utramque partem latius disceptans, sententiam profert suam tum de editis, tum de anecdotis S. Bo-

(1) Ita sonat anecdota epistola Reverendissimi Generalis Ministri Ordinis Minorum, Joannetii de Molina, data Matriti 23 maji 1763, ex qua sequentia excerpo: " Hinc est quod..... su-
" blimissimis meritis excitati tanti Doctoris (S. Bonaventurae), erga quem a juventute nostra
" specialem devotionis affectum professi sumus, ac multo jam tempore ardentissimum deside-
" rium animum nostrum accenderit procurandi ejus operum novam, eamque exactissimam edi-
" tionem, ad normam providi consilii quod conceperat vir clarissimus Franciscanorum Anna-
" lium parens Lucas Waddingus, quod tamen morte praeventus opere complere haud potuit.....
" Nec enim nos latet, plurimis sphalmatibus, lacinlis ac mendis scatere hactenus publici juris
" factas operum Seraphici Doctoris nostri editiones, quin ex harum numero excipiamus po-
" stremam Venetam editionem, quam etsi reliquis omnibus copiosorem magis exactam proba-
" verint viri eruditi, non defuerunt tamen aequalis eruditionis ac doctrinae theologi, qui, sepo-
" sitis partium studiis, laudatam editionem ad rigidiores criterii canones revocantes, censoria
" virgula graviter ac pro merito carpunt Venetos editores, qui, intemperantiori critica viri he-
" terodoxi Casimiri Oudini decepti, vanas plures easque male cohaerentes et supposititias la
" cinias aureis et germanis D. Bonaventurae operibus perperam assuerunt; e contra vero in-
" spuria ac illegitima allegarunt quamplurima, quae certis documentis tamquam sinceri a
" nuini praeclarissimi Doctoris partus sunt vindicanda. Cum itaque, ut hisce aberratio
" provideretur, non aliud profecto obvium esset remedium, quam novam editionem adornare

naventurae operibus a se inventis. Hunc Prodromum excipere debuerat absoluta editio omnium operum S. Bonaventurae, sive editorum sive anecdotorum: ast vir ipse jam aetate longaevus ac pene laboribus confractus, timens ne opus immensum quod sumpserat, imperfectum relinqueret, anecdota, quae collegerat, edi curavit, vulgavitque tribus voluminibus in folio, notis illustrata copiosissimis (1).

Cum porro fere omnes, qui vel obiter de operibus S. Bonaventurae pertractant vel eadem commentantur, aut in vernaculas linguas vertunt, aut, quod saepius fit, testimonia ex iisdem afferunt ad suas firmandas aut explicandas sententias, in discernendo genuina a spuriis dubiisque judicium plerumque sequantur alicujus ex laudatis censoribus, qui valde inter se discrepant; ideo, ut lector propriis oculis cernat quanta confusio generetur in republica literaria a varie judicantibus vel allegantibus doctrinam et opera S. Bonaventurae juxta censorum, quae adhibent, diversa judicia, non abs re visum est hic conspectum adnectere omnium operum Doctoris Seraphici cum sententiarum e regione diversitate, quibus auctores illi eadem opera certa, aut spuria, aut dubia judicarunt. Subnectimus vero et catalogum operum in Supplemento editorum, cum notis, quibus auctor in Prodromo eadem ut certa aut verisimilia distinxit.

(1) Tria haec volumina obtulit Summo Pontifici Clementi XIV Reverendissimus Pater Paschalis a Varisio, qui in generalatus munere P. Joannetio de Molina successerat. Ex illius epistola dedicatoria, tom. 1 Supplem. impressa, haec ad rem quoque nostram facientia afferimus: " Mi- " rum profecto erat vehementerque dolendum, quod aurea isthaec Seraphici Doctoris nostri " monumenta, partim severioris intemperantis critices judicio eidem surrepta hinc inde di- " strahi, propriique auctoris honore privari, partim etiam ignorata penitus et neglecta, in an- " gulis latebrisque bibliothecarum squalere tamdiu sinerentur. Quamobrem nos ipsi de nobis " saepissime conquerebamur, ingenuo justoque pudore succensi, probe intelligentes, quod no- " stra potissimum interesse jamdiu debuisset, ea ab omni sive temporum sive hominum injuria " vindicare. „ Fere eadem repetere ac ingenue fateri posse universum Minorem Ordinem et nunc, post editum jam ab integro saeculo Supplementum Bonellianum, vel hoc nostrum novae editionis programma evincit, et ipsa nova editio, si superis faventibus prodibit, latius comprobabit.

III.

CONSPECTUS OPERUM EDITIONIS VATICANAE

ET NOTARUM QUIBUS EADEM IN ORDINE AD AUCTOREM DISTINGUUNT CENSORES PRAECIPUI, VIDELICET CASIMIRUS OUDINUS, VENETI EDITORES, P. JOANNES HYACINTHUS SBARALEA, ET P. BENEDICTUS BONELLI.

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum (1)	Apud Venetos Editores (2)	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam (3	Apud P. Benedict. Bonelli (4)
1. Principium S. Scripturae. Incipit. *Ostendit mihi Dominus..... fructus duodecim.* Probatissimae perfectissimaeque legis integritas.	spurium	spurium	spurium	certum
2. Illuminationes Ecclesiae, seu Expositio in Hexaemeron. Incip. *In medio Ecclesiae aperuit os ejus...* In verbis istis docet Sapiens.	spurium	spurium	spurium	certum
3. Expositio in Psalterium. Incip. *Quisquis ad divinae paginae lectionem erudiendus accedit.*	certum	spurium	certum	certum
4. Expositio in Psal. 118. Incip. *Alleluja, Laus, honor... Beati immaculati.* Nota: Sacra Scriptura dicitur paradisus.	certum	spurium	spurium	spurium
5. Expositio in Ecclesiasten. Incip. *Beatus vir cujus est nomen Domini...* Cum sicut vult beatus Dionysius.	certum	spurium	certum	certum
6. Expositio in Sapientiam. Incip. *Diligite lumen sapientiae...* Quoniam eodem habet res formari.	certum	certum	certum	certum
7. Expositio in Lamentationes Hieremiae prophetae. Incip. *Tempus plangendi et tempus saltandi.* In verbo isto.	certum	certum	certum	certum

(1) Tom. 3 Commentar. de Scriptoribus ecclesiasticis, in Dissertatione singulari de scriptis sancti Bonaventurae, olim Praepositi seu Ministri Generalis Fratrum Minorum et sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, et sexti Ecclesiae latinae Doctoris.

(2) In diatriba historico-chronologico-critica in opera S. Bonav. tom. 1, pag. 45 et seq.

(3) In Supplemento ad scriptores trium Ordinum S. Francisci, verbo *Bonaventura*, p

(4) In Prodromo ad opera omnia S. Bonaventurae.

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sharaleam	Apud P. Benedict. Bonelli
8. Expositio in cap. VI Sancti Matthaei. Incip. *Pater noster etc.* Oratio haec privilegiata est.	certum	dubium	certum	certum
9. Expositio in Evangelium Lucae. Incip. *Spiritus Domini super me...* Considerantibus nobis.	certum	dubium	certum	certum
10. Expositio in Evang. Jo. Incip. *Numquid ad praeceptum tuum...* Cum inter quatuor sancta animalia.	spurium	dubium	spurium	spurium
11. Collationes in Joannem. Incip. *In principio erat Verbum.* Supposita luminali expositione.	spurium	dubium	spurium	spurium
12. Sermones de tempore. Incip. *His autem fieri incipientibus...* Quoniam in evangelio hodierno ponuntur praesagia.	dubii	spurii	non omnes genuini	certi cum spuriis nonnullis
13. Sermones de Sanctis. Incip. *Mihi absit gloriari nisi in cruce...* Narrat Valerius Maximus.	dubii	spurii	non omnes genuini	certi cum spuriis nonnullis
14. Sermones de communi Sanctorum. Incip. *Species coeli gloria stellarum.* Per coelum recte Ecclesia sancta intelligitur.	dubii	spurii	non omnes genuini	certi cum spuriis nonnullis
15. In lib. primum Magistri Sententiarum. Incip. *Profunda fluviorum scrutatus est . . .* Verbum istud sumptum ex Job.	certum	certum	certum	certum
16. In lib. secundum. Incip. *Solummodo hoc inveni quod Deus...* Sollicite consideranti praesentis libri.	certum	certum	certum	certum
17. In lib. tertium. Incip. *Deus s est in misericordia...* ibitur ad Ephesios.	certum	certum	certum	certum

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Adud P. Benedict. Bonelli
18. In lib. quartum. Incip. *Unguentarius faciet pigmenta suavitatis...* Verbum istud scribitur in Ecclesiastico.	certum	certum	certum	certum
19. De reductione artium ad theologiam. Incip. *Omne datum optimum...* In hoc verbo tangitur origo omnis illuminationis.	dubium	dubium	certum	certum
20. Breviloquium. Incip. *Flecto genua mea ad Patrem... ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Magnus doctor gentium.	genuinum	certum	certum	certum
21. Centiloquium. Incip. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter...* Informans Sapiens in his verbis.	certum	certum	certum	certum
22. Pharetra. Incip. In conversionis meae primordio cum ob mentis recreationem auctoritates sanctorum legerem.	spurium	spurium	certum	certum
23. Declaratio terminorum theologiae. Incip. Omnipotens Deus Pater, Filius, Spiritus Sanctus unus est Deus.	dubium	dubium	certum	certum
24. Compendiosum principium in Libros Sententiarum. Incip. *Gyrum coeli circuivi sola* etc. Quam sit libri Sententiarum inaccessibilis celsitudo.	spurium	spurium	spurium	verisimile
25. Sententiae sententiarum carmine digestae. Incip. O fons splendoris, vas dulcoris.	spurium	spurium	spurium	certum
26. De quatuor virtutibus cardinalibus. Incip. De quatuor virtutibus cardinalibus sunt virtutes politicae.	non indignum Bonaventura	dubium	spurium	verisimile
27. De septem donis Spiritus sancti. Incip. *Omne datum optimum...* Sanctus Jacobus apostolus.	dubium	certum	spurium	spurium

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict. Bonelli
28. De resurrectione a peccato ad gratiam. Incip. Paulus apostolus videtur firmiter asserere.	non indignum	certum	spurium	spurium
29. De tribus ternariis peccatorum infamibus. Incip. Tres sunt ternarii peccatorum infames.	non indignum	spurium	dubium	certum
30. Dieta salutis. Incip. *Haec est via, ambulate in ea...* Magnam misericordiam facit qui erranti viam ostendit.	spurium	spurium	spurium	spurium
31. Meditationes vitae Christi. Incip. Inter alia virtutum et laudum praeconia.	spurium	spurium	spurium	spurium
32. Lignum vitae. Incip. *Christo confixus sum cruci.* Verus Dei cultor, Christique discipulus.	non indignum	certum	certum	certum
33. De quinque festivitatibus pueri Jesu. Incip. Cum secundum virorum venerabilium.	spurium	spurium	spurium	certum
34. Officium de passione dominica. Incip. Domine, labia mea aperies... *Invitator.* Christum captum et derisum, flagellatum et crucifixum, venite adoremus. *Hymn.* In passione Domini.	spurium	spurium	certum	certum
35. Opus contemplationis. Incip. Jesus ineffabilis persona Trinitatis.	spurium	spurium	spurium	certum
36. Laudismus de sancta cruce. Incip. Recordare sanctae crucis Qui perfectam vitam ducis.	spurium	spurium	certum	certum
37. Philomena. Incip. Philo- a praevia temporis amoeni.	spurium	spurium	spurium	verisimile

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict. Bonelli
38. De septem verbis Domini in cruce. Incip. Jesu salutis hostia, salutis sacrificium.	spurium	spurium	certum	certum
39. Speculum B. M. Virginis. Incip. Quoniam, ut ait beatus Hieronymus, nulli dubium est.	spurium	spurium	spurium	spurium
40. Officium de compassione B. M. Virginis. Incip. Domine, labia mea aperies... *Invitator.* Cum Maria Virgine fervide ploremus, in sepulcro positum venite adoremus. *Psal.* Venite mares foeminaeque ... *Hymn.* Imperatrix clementiae.	spurium	spurium	spurium	dubium
41. Corona B. M. Virginis. Incip. Cum jucunditate memoriam nominis Mariae celebremus.	spurium	spurium	certum	certum
42. Carmina super canticum Salve Regina. Incip. Salve Virgo virginum, stella matutina.	spurium	spurium	spurium	certum
43. Laus B. V. Mariae. Incip. Ave coeleste lilium, Ave rosa speciosa.	spurium	spurium	spurium	certum
44. Psalterium minus B. M. Virginis. Incip. Ave Virgo, vitae lignum.	spurium	spurium	spurium	verisimile
45. Psalterium majus B. M. V. Incip. *Arripe illam, et exaltabit te... Psalm.* Beatus vir qui diligit nomen tuum Maria Virgo.	spurium	spurium	spurium	dubium
46. Sermones de decem praeceptis. Incip. *Si vis ad vitam ingredi...* Verba ista scripta sunt in Matthaeo, et sunt verba Salvatoris.	spurium	spurium	certum	certum
47. Epistola vigintiquinque memorabilium. Incip.: In Christo suo dilecto... Qualicumque homine veteri jam exuto.	certum	dubium	certum	certum

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict. Bonelli
48. De regimine animae. Incip. Primum omnium necesse habes, anima mea.	incertum	dubium	certum	certum
49. Formula aurea de gradibus virtutum. Incip. *Accedite ad Dominum et illuminamini...* Jus hominis est ad Deum accedere.	spurium	spurium	certum	verisimile
50. De pugna spirituali. Incip. Eja nunc milites Christi bellum spirituale ingressuri.	spurium	dubium	dubium	certum
51. Speculum animae. Incip. *Arbor mala fructus malos facit*, dicit Dominus. Secundum Glossam interlinearem.	spurium	spurium	certum	certum
52. Confessionale. Incip. In Dei tabernaculo, id est in sancta Ecclesia.	spurium	spurium	spurium	spurium
53. De praeparatione ad missam. Incip. Ad honorem gloriosae et individuae Trinitatis.	incertum	dubium	certum	certum
54. De instructione sacerdotis ad se praeparandum ad celebrandam missam. Incip. Ad missam celebrandam sex consideranda sunt.	incertum	dubium	spurium	certum
55. Expositio missae. Incip. *Christus assistens Pontifex.* Apostolus ad Hebraeos dicit illa verba de Domino Jesu.	spurium	spurium	spurium	certum
56. De sex alis Seraphim. Incip. *Da occasionem sapienti...* Cum igitur ex levi saepe occasione.	genuinum	certum	certum	certum
57. Collatio de contemptu saeculi. Incip. Septem sunt in mundo, quae si homo bene perpenderet.	dignum	dubium	certum	certum

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict Bonelli
58. De septem gradibus contemplationis. Incip. Contemplativorum aquilinos obtutus acui.	spurium	spurium	spurium	certum
59. Exercitia quaedam spiritualia. Incip. Ut in virtutibus conserveris, oportet.	spurium	dubium	dubium	certum
60. Fascicularii pars prima incip. *Scire debes, quod quamvis omnia.* Pars secunda incip. *Fasciculus myrrhae dilectus meus...* loquitur anima devota.	spurium	dubium	dubium	certum
61. Soliloquium. Incip. *Flecto genua mea ad patrem... ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Apostolus Paulus vas aeternae electionis.	dignum	certum	certum	certum
62. Itinerarium mentis in Deum. Incip. In principio primum principium... *Beatus vir...* Cum beatitudo.	genuinum	certum	certum	certum
63. De septem itineribus aeternitatis. Incip. *Eum qui venit ad me non ejiciam foras,* inquit Salvator. S. Augustinus de cognitione.	spurium	spurium	spurium	spurium
64. Incendium amoris. Incip. Evigilans vero... *Ecce descripsi eam tibi tripliciter.* Cum omnis scientia.	spurium	certum	certum	certum
65. Stimulus amoris. Incip. *Ad te, Domine, levavi animam meam...* Currite gentes undique.	spurium	spurium	spurium	spurium
66. Amatorium. Incip. Praesens opusculum qui legerit... Ad te sermo meus dirigitur, quisquis.	spurium	certum	dubium	certum
67. De ecclesiastica hierarchia. Incip. *Invisibilia Dei per ea quae facta sunt... A magnitudine enim speciei et creaturae...* Ex quo apparet manifeste, quod humanus intellectus.	certum	genuinum	certum	certum

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict. Bonelli
68. Legenda S. Francisci. Incip. *Apparuit gratia Dei...* in servo suo Francisco omnibus vere humilibus.	genuinum	certum	certum	certum
69. Expositio in regulam fratrum Minorum. Incip. *Quicumque hanc regulam secuti fuerint...* Hanc plane puto regulam.	certum	dubium	certum	certum
70. Determinationes quaestionum circa regulam S. Francisci. Incip. Cum inter alios ordines religiosorum.	certum	certum	certum	certum
71. Quare fratres minores praedicent et confessiones audiant. Incip. Quia plerique dubitant et quaerunt.	certum	certum	certum	certum
72. Libellus apologeticus in eos qui Ordini fratrum Minorum adversantur. Incip. Praeter hoc quod surripitis clericis eleemosynas.	certum	certum	certum	certum
73. De tribus quaestionibus ad magistrum innominatum. Incipit. Innominato magistro... Proponis carissime.	certum	certum	certum	certum
74. De paupertate Christi contra magistrum Guillelmum. Incip. Quaestio est de paupertate, et quaeruntur duo.	certum	certum	certum	certum
75. Quod Christus et apostoli et discipuli ejus discalceati incesserunt, sive de sandaliis apostolorum. Incip. Talis lector, tali lectori... Quoniam secundum apostolum Joannem.	certum	certum	certum	certum
76. Apologia pauperum. Incip. Summi legislatoris inviolabili constat diffinitione sancitum.	certum	certum	certum	certum

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io. Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict. Bonelli
77. Epistola ad quemdam Provincialem Ministrum. Incip. In Christo sibi carissimo fratri... Quoniam ad hoc potissimum.	certum	certum	certum	certum
78. Epistola ad Ministros Provinciales et Custodes. Incip. In Christo sibi carissimis... Licet insufficientiam meam.	genuinum	certum	certum	certum
79. Biblia pauperum. Incip. Tanta pollet excellentia... Creatio rerum fuit ita mirabilis.	spurium	spurium	spurium	spurium
80. Alphabetum religiosorum Incip. *Vias tuas Domine demonstra mihi...* Obsecro te Deus meus.	spurium	spurium	dubium	dubium
81. Alphabetum religiosorum incipientium. Incip. Ama paupertatem, sis vilibus contentus.	spurium	spurium	certum	verisimile
82. Collationes octo. Incip. Vide anima mea innovata mirabilia veritatis.	spuriae	spuriae	spuriae	spuriae
83. Speculum disciplinae ad Novitios. Incip. Ad honestatem tendentes in primis necessarium habent.	spurium	spurium	spurium	certum
84. De profectu religiosorum liber primus. Incip. Collationes meas... In priori formula novitiorum.	spurium	spurium	spurium	verisimile
85. De profectu religiosorum liber secundus. Incip. Profectus religiosi septem processibus distinguuntur.	spurium	spurium	spurium	spurium
86. De institutione novitiorum pars I incip. Primo semper debes considerare ad quid veneris. Pars II. Si vis in spiritu proficere.	spurium	spurium	spurium	v

ORDO EDITIONIS VATICANAE	Apud Casimirum Oudinum	Apud Venetos Editores	Apud P. Io Hyacinth. Sbaraleam	Apud P. Benedict. Bonelli
87. Regula novitiorum. Incip. *Renovamini in novitate sensus vestri...* Hoc dicit Apostolus ad Romanos.	spurium	spurium	certum	certum
88. Remedium defectuum religiosi. Incip. Simplicissimo animo hesterna luce ad me accedebas frater Roberte.	spurium	spurium	certum	certum
89. De perfectione vitae ad sorores. Incip. *Beatus homo quem tu erudieris Domine...* Neminem censeri sapientem fateor.	certum	certum	certum	certum
90. Summa de essentia, et invisibilitate, et immensitate Dei. Incip. Omnipotens Deus Pater, Filius, et Spiritus sanctus, unus est atque trinus.	dubium	spurium	dubium	dubium
91. De sex alis Cherubim. Incip. Prima ala est confessio.	dubium	spurium	spurium	dubium
92. De modo confitendi et de puritate conscientiae. Incip. Quoniam fundamentum et janua virtutum.	spurium	spurium	certum	verisimile
93. Mystica theologia. Incip. *Viae Sion lugent...* Licet Hieremias propheta dixerit hoc verbum.	dubium	spurium	spurium	dubium
94. Compendium theologicae veritatis. Incip. Veritatis theologicae sublimitas.	spurium	spurium	spurium	spurium

Quo magis innotescat differentia, quae est inter laudat censores de operibus S. Bonaventurae judicantes, praemissa tabulam in compendium redigo, opera omnia in illa content iisdem distincta numeris, in tres classes tribuendo, quaru prima opera certa, digna et verisimilia, altera dubia, tertia ve spuria referat juxta varias censorum sententias. Sunt igitur s quentibus numeris indicata opera, nimirum:

	APUD OUDINUM	APUD VENETOS EDITORES	APUD P. SBARALEAM	APUD P. BONELLI
I. CERTA	sub N. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 15, 16, 17, 18, 20, 21, 26*28*29*32*47. 56, 57*61*62, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 89.	6, 7, 15, 16, 17, 18, 20, 21, 27, 28, 32, 56, 61, 62, 64, 66, 67, 68, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 89.	3, 5, 6, 7, 8, 9, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 32, 34, 36, 38, 41, 46, 47, 48, 49, 51, 53, 56, 57, 61, 62, 64, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 81, 87, 88, 89, 92.	1, 2, 3, 6, 7, 8, 9, 1 13, 14, 15, 16, 1 18, 19, 20, 21, 2 23, 24, 25, 26, 2 32, 33, 34, 35, 3 37, 38, 41, 42, 4 44, 46, 47, 48, 4 50, 51, 53, 54, 5 56, 57, 58, 59, 6 61, 62, 64, 66, 6 68, 69, 70, 71, 7 73, 74, 75, 76, 7 78. 81, 83. 84, 8 87, 88, 89, 92.
II. DUBIA	sub N. 12, 13, 14, 19, 23, 27, 48, 53, 54, 90, 91, 93.	8, 9, 10, 11, 19, 23, 26, 47, 48, 50, 53, 54, 57, 59, 60, 69.	29, 50, 59, 60, 66, 80, 90.	40, 45, 80, 9 91, 93.
III. SPURIA	sub N. 1, 2, 10, 11, 22, 24, 25, 30, 31, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 49, 50, 51, 52, 55, 58, 59, 60, 63, 64, 65, 66, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 92, 94.	1, 2, 3, 4, 5, 12, 13, 14, 22, 24, 25, 29, 30, 31, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 49, 51, 52, 55, 58, 63, 65, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 90, 91, 92, 93, 94.	1, 2, 4, 10, 11, 24, 25, 26, 27, 28, 30, 31, 33, 35, 37, 39, 40, 42, 43, 44, 45, 52, 54, 55, 58, 63, 65, 79, 82, 83, 84, 85, 86, 91, 93, 94.	4, 10, 11, 2 28, 30, 31, 39, 3 63, 65, 79, 82, 8 94.

Hinc patet Venetos editores plura quam ceteros inter spuri conjecisse, atque parum discrepare ab Oudino in quantita operum quam auferunt vel concedunt Seraphico Doctori. Qua enim numeris asterisco distinctis sub prima classe occurrunt, ne omnino certa nec aperte dubia sunt apud Oudinum, sed tantur digna vel non indigna Bonaventura. Pater vero Bonelli pauc inter dubia et spuria recenset, atque iis tam multis editionis Vati canae operibus quae S. Bonaventurae adscribit, ea multa addend sunt quae in Supplemento ipsemet vulgavit, ac pariter Seraphic *adscripsit*, quorum catalogus hic sequitur.

IV.

CATALOGUS OPERUM SUPPLEMENTI

A BENEDICTO BONELLI PRIMO EDITORUM,

CUM NOTIS QUIBUS EADEM S. BONAVENTURAE ADJUDICANTUR (1).

1. In Genesis cap. II Commentariolum de plantatione paradisi. Incipit : *Plantaverat autem Dominus Deus...* Sicut in Christum pie intendentibus aspectum carnis.	certum
2. Tractatus in Psal. 45 de studio divinarum literarum seu de contemplatione et scientia Dei. Incip. *Vacate et videte quoniam ego sum Deus.* Sicut inter omnia nihil Deo altius et melius.	certum
3. Expositio in Cantic. Canticorum. Incip. In speculo brevi et aperto contueri volentibus.	certum
4. Tractatus in cap. 1 Ezechielis de sacrae scripturae mysterio. Incip. *Cum essem in medio captivorum...* Conscendere cum Paulo volentibus.	certum
5. Tractatus in cap. X Ezechielis de sacrae scripturae materia. Incip. *Ingredere in medio rotarum . . .* Scripturarum sanctarum pelagus et abyssus.	certum
6. Sermo de Seminante, seu expositio parabolarum evangelicarum de regno coelorum. Incip. *Simile est regnum coelorum homini qui seminavit bonum semen...* Detinebant illum ne discederet.	certum
7. Commentarius in evangelium sancti Joannis. Incip. *Ecce intelliget servus meus...* Quia commendatio auctoris redundat in opus.	certum
8. Commentarium in Apocalypsin. Incip. (Prologus Gilberti) *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu...* Juxta illud : *Fili accedens ad servit. Dei...* (Prologus auctoris incip.) Praemittitur huic libro prologus magistralis. (Expositio incip.) *Apocalypsis Jesu Christi.* Iste liber in duas partes dividitur.	certum
9. Commentariolum in vers. 8 cap. IV Apocalypsis de doctrina evangelica. Incip. *Quatuor animalia, singula eorum habeb. al. senas...* Superineffabilis altitudo doctrinae evangelistarum.	certum

(1) In eodem Supplemento, et in Prodromo.

10. Commentarius in vers. 1 cap. V Apocalypsis de scripturarum sanctarum dignitate et excellentia. Incip. *Vidi in dext. sedentis sup. thronum...* Consideranti mihi scripturarum sanctarum pelagum infinitum.	certum
11. Tractatus de Vite mystica, sive Planctus de Passione Domini. Incip. *Ego sum vitis vera.* Jesu benigne, vitis vera.	verisimile
12. Arbores de vitiis et virtutibus. Incip. Superbia radix omnium vitiorum — Humilitas radix virtutum omnium.	certum
13. Tractatus de humilitate. Incip. Ad altitudinem humilitatis videndam.	certum
14. Tractatus brevior de tribus virtutibus, humilitate, patientia et caritate. Incip. Quae potavi de fontibus Salvatoris, effundam.	verisimile
15. Orationes. Incip. O Domine Jesu Christe, qui propter me tibi non pepercisti.	certum
16. Paraphrasis ascetica dominicae orationis. Incip. *Pater noster.* O immensa clementia ! O ineffabilis benignitas !	verisimile
17. Expositio ejusdem brevior. Incip. *Pater noster* privilegio conditionis, sacrificio recreationis.	verisimile
18. Meditatio super salutation. angelic. Incip. *Ave Maria grat. pl. Dom. tecum.* Tibi, Domine Deus, gratias offero.	certum
19. Meditatio, sive de regimine animae. Incip. *Ave Maria gratia plena...* Primum omnium necesse habes, Christi ancilla.	certum
20. De silentio ad quamdam sanctimonialem. Incip. Attende quod natura dedit homini unicum os.	certu

21. Ordinarium vitae religiosae, sive de partibus domus religiosae. Incip. *Religio munda et immaculata...* Ut ait B. Augustinus de vera religione.	certum
22. Sex mandata fratri cuidam juveni tradita. Incip. Fili mi juvenis, si vis sine macula.	certum
23. Sex cautelae ad castitatem servandam. Incip. Prima, ut homo temperate comedat et bibat.	certum
24. De humano judicio. Incip. Triplex distinguitur judicium de proximo.	certum
25. De decem praeceptis divinae legis. Incip. *Si vis ad vitam ingredi...* In isto verbo, scripto Matth. XIX, describit Salvator noster.	certum
26. Ars concionandi. Incip. Omnis tractatio scripturarum, ut ait Augustinus.	certum
27. Collationes de septem donis Spiritus sancti praedicatae, in sermones octo distributae. Incip. *Hortamur vos, ne in vacuum...* Hortatur nos Apostolus in his verbis.	certum
28. Sermones de laude melliflui Nominis D. N. I. C. Incip. Mulier Chananaea precibus importuna.	certum
29. Sermones de diversis. Incip. *Cum ejecta esset turba, intravit Jesus...* In his verbis quatuor consideranda occurrunt.	certum
30. Sermones triginta duo de Eucharistia... Incip. De sacrosancto Corporis Domini locuturi sacramento.	certum
31. Sermo singularis de Corpore Christi. Incip.: *Confiteantur Dom. miseric. ejus . . . vinctos in mendicitate et ferro.* In hoc verbo David propheta excitat	certum

32. **Legenda S. Clarae.** Incip. Quasi veterani mundi senecta vergente.	verisimile
33. **Lectiones novem in festo S. Clarae.** Incip. Venerabilis Christi sponsae, Deoque dicatae, virginis Clarae.	verisimile
34. **Lectiones novem in translatione S. Clarae.** Incip. Admirabilis et venerabilis virgo Clara.	verisimile
35. **Legenda minor S. Francisci.** Incip. *Apparuit grat. Dei Salvat. nostri* . . . in servo suo Francisco, quem Pater misericordiarum.	certum
36. **Novem lectiones de canonizatione et de translatione S. Francisci.** Incip. Franciscus igitur servus et amicus Altissimi.	certum
37. **Epistola ad fratrem de imitatione Jesu Christi.** Incip. Frater, loquitur B. Augustinus ad Dominum Jesum Christum.	certum
38. **Epistola ad fratrem Laurentium.** Incip. In Christo sibi carissimo... Dignum est et consonum rationi.	certum
39. **Epistola ad fratres universos.** Incip. Universis fratribus praesentes literas inspecturis... Cum ego relatione perceperim.	certum
40. **Epistola ad fratres custodem et guardianum Pisarum.** Incip. In Christo sibi carissimis fratribus... Sororibus monasterii de Pisis.	certum
41. **Epistola ad abbatem Beatae Mariae Blesensis.** Incip. Venerabili et religioso viro... Desiderio multo desideravi.	certum
42. **Rhythmica et leonina carmina de arbore vitae.** Incip. O crux frutex salvificus... Quam flos exornat.	certum

43. Contemplatio duodecim fructuum arboris sanctae crucis. Incip. O crux frutex salvificus... Cujus flos aromaticus.	certum
44. Meditationes carmine scriptae in septem verba quae in cruce Christus Dominus protulit. Incip. Jesu salutis hostia, salutis sacrificium.	certum
45. Leonina carmina de doctrina proficiendi. Incip. Laus, honor, o Christe, tua gloria sit liber iste.	certum

V.

Jamvero ex dissonantibus censorum judiciis de operibus editionis Vaticanae, quod majori et rationum pondere ac testium auctoritate fulcitur, illud certe est patris Benedicti Bonelli; ac nemo cordatus, qui Prodromum ab illo compositum attente perlegerit, negaturus erit, in asserendis vel negandis Seraphico Doctori operibus quibuscumque sub ejus nomine vulgatis, standum esse in omnibus illius sententiae, donec certiora discamus. Sed contra factum, ut hactenus plerique operum scriptores et concionatores, atque ex iis etiam qui opera S. Bonaventurae in vernaculas linguas verterunt, aut illustrarunt, ita secuti fuerint Romanam editionem, ac si omnia quae illa complectitur opera, germana forent. Alii vero, aut Oudini sententiam referunt, aut Venetis editoribus, quorum editionem prae manibus habuissent, fidem adstipulantur: et nonnisi perpauci ad normam Prodromi, opera germana a suppositiiis distinguunt et allegant. Nec est cur id miremur, cum ideo Prodromus a pluribus ignoretur, aut adhiberi nequeat, quia paucissima ejus exemplaria supersunt, ac raro illum invenias in bibliothecis Italiae, rarius uoque in Germanicis, ac nullibi pene in Helvetia, in utroque et in Anglia.

Hinc prima ratio novae editionis procurandae, necessitas foret denuo edendi Prodromum, eumque novae operum omnium S. Bonaventurae editioni praemittendi, ut editionis Vaticanae operibus ad Prodromi normam in tres classes, nempe certa, dubia et spuria dispositis, nova editio regula fieret judicandi omnibus qui Seraphici Doctoris operibus uti vellent. Dolendum sane quod novissimus editor Parisiensis operum S. Bonaventurae, ob paucitatem exemplorum quae supersunt Prodromi, hujus primo existentiam ignoraverit, atque ideo juxta Venetam editionem ea coeperit vulgare, hujus praemissa *Diatriba historico-chronologico-critica*, cui postea, de Prodromi existentia admonitus, objecit quidem ex ipso Prodromo excerpta quaedam, sed non adeo sufficientia, ut per haec Diatribam illam everti lectoribus suaderi possit, cum totus Prodromus passim contra illam atque Oudinianam censuram strenue pugnet, nullaque in eo pars sit, quae directe aut indirecte non ostendat Venetos editores et Oudinum saepe et pluries aberrasse.

Altera causa novae editionis moliendae, necessitas est de nou edendi Supplementum ad opera omnia S. Bonaventurae, atque opera in ipso contenta, pro eorum indole in varias tributa classes, illis addendi quae Vaticana complectitur editio, ita ut tam haec quam illa ad unitatem coalescant ordinatam simul et distinctam, unumque corpus apte formatum efficiant (1). Hoc si fecisset novissimus editor Parisiensis, magnum sane munus

(1) Pater Bonelli loquens de operibus Supplementi a se editis adhibendis pro nova editione omnium operum S. Bonaventurae complenda, ad rem inquit (ibid. tom. 3, pag. VIII): " Haec habui undique conquisita, naviter collecta, a librariorum mendis quamplurimis repurgata, ac eo, quo par erat, studio, pro mei ingenioli modulo comparata, in hoc tertio volumine vulganda: quae caeteris in primo et secundo volumine editis superaddita, Supplementum Sixtinae editionis absolvunt, quaeve si aliquando, superis faventibus, nova editio operum Seraphici Doctoris paretur, uti multis fore in votis intellexi, locum una cum reliquis, quae reapse sunt ejus, obtinere poterunt: tuncque vel ipsa separanda erunt nedum ab apocryphis, verum et ab illis supposititiis, quae ad suos legitimos auctores, potissimum Ordinis Minorum, quemadmodum in Prodromo tradidi, quasi *jure postliminii* redibunt. "

praestitisset, ac omnes de republica christiana et literaria maxime meritum nunc proclamarent. At Supplementi primo aeque ac Prodromi, eamdem ob causam, ignorata existentia, serius cum jam plura suae editionis prodierant volumina, Supplementum extare, vel ab alio admonitus, vel ipse per se cognovit, nec tamen edere curavit (1). Ceterum res ab initio infecta, difficulter post plura edita volumina redintegrari poterat, impossibile autem modo post omnia edita opera editionis Venetae, vel si mavis, Vaticanae. Licet vero Prodromum et Supplementum Parisiensis editor eo vulgasset ordine quem exposuimus, adhuc tamen a nova et completiore curanda editione nobis abstinendum non esset, ob alias, quas producturi sumus, rationes.

Ceterum Supplementum illud ad opera omnia S. Bonaventurae, adhuc rarius est Prodromo, cum siquidem in nulla ego publica bibliotheca Galliae, Angliae, Belgii et Helvetiae illud invenerim, ac raro occurrat in Italiae bibliothecis, rarius quoque in Germanicis. Causam vero istius defectus inquirenti, invenisse videor. Perlustranti namque bibliothecam Bernardinianam Tridenti, occurrebat mihi programma editionis Prodromi et Supplementi Bonelliani, quo typographus, commodo et delectui amatorum consulere volens, duplicem utriusque operis editionem seu formam se daturum spondebat, in folio videlicet et in quarto, ut quam quisque magis praeferret, eligere posset (2).

(1) Editor Parisiensis nedum Prodromum, sed et Supplementum prae manibus habuisse videtur. Tomo enim undecimo editionis a se curatae, pag. 1, germanam S. Bonaventurae Postillam in S. Joannis Evangelium sequenti nota allegavit: " Hanc alteram postillam, anno 1772, a Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Paschali a Varisio sub Clementis XIV auspiciis Tridenti primum editam, in lucem denuo prodere serius ocius, si Deus det, nostris profecto in votis est. Sed fateri cogimur id fieri a nobis non posse, nisi post absolutam, quae superest, editionis Vaticanae, si mavis, Venetae materiam. „ Verius dicendum integrum Supplementum, quod et praefatam complectitur Postillam, a Benedicto Bonelli editum fuisse, dicatum vero S. Domino Clementi XIV a Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Paschali a Varisio.

(2) His verbis promissio illa typographi continetur: " Porro quia editiones omnium Divi Bonaventurae operum vel in folio vel in quarto grandiori manarunt, nostra interierit agere, ut tam optantibus hujusmodi Supplementum in folio, quam illud in quarto desiderantibus satisfiat. „

At editio quidem in folio prodiit, in quarto vero non (1). Quod autem haec non comparuerit, plures esse possunt causae, quas nemo nos docuit. Attamen, si quam ex illis indagare licet, hanc haud inverisimilem esse censemus, quod scilicet, priore duplicis editionis in folio et in quarto dimisso proposito, visum forte fuerit paucissima utriusque operis exemplaria cudere, ut horum ob penuriam, denuo quis de Prodromo et Supplemento reimprimendo una cum omnibus Vaticanae editionis operibus cogitaret.

Sphalmata plurima quae in Vaticanam editionem irrepsere et in sequentes transierunt, nec non quorumdam operum mutilationes ac interpolationes, tertiam constituunt causam, ob quam novam paramus editionem. Sciunt enim eruditi, ii maxime qui in conferendis pluribus inter se unius operis manuscriptis codicibus, atque his cum editis comparandis versati sunt, tot quandoque tam in editis quam in anecdotis operibus sphalmata, mutilationes ac interpolationes occurrere, ut opus insigne, et celebri tributum auctori, vix mediocri ingenio dignum videatur; non quod tale fuerit cum e calamo auctoris exivit, sed quia tale reddiderint oscitantia, vel imperitia, aut arbitrium librariorum, qui codices descripserunt. Haud raro enim contigit, descriptionem alicujus codicis manibus commissam fuisse scriptoris nedum imperiti sed et festinantis, qui, mendis innumeris opus implevit, ac pro lubito suo passim truncavit. Nec defuerunt interpolatores qui, bona aut mala fide, sua vel aliorum operi describendo inseruerunt; nec tandem pauci sunt, qui operis descriptionem perficere non potuerunt vel noluerunt, aut operis partem, ut sibi minus utilem, omiserunt. Hinc saepe opera tam edita quam inedita, incorrecta, mutila, abbreviata, obscura, et contradictoria referentia, atque suis quandoque indigna auctoribus visa quae, antequam corrumperentur, dignissima erant. Haec sui

(1) Ad superius allata ex programmate typographi impresso, cujus nescio manus ejusdem sa culi adnotavit: *editio in 4 necdum prodiit.* Nec serius prodiisse nobis constat.

reddere auctoribus digna, interpolata rejiciendo, omissa restituendo, et sphalmata omnia, manuscriptorum bonae notae codicum et priscarum editionum ope, corrigendo, tanti est pretii, ut qui haec praestiterit, veluti alter operis parens haberi possit. Talia nos proponimus iis S. Bonaventurae operibus praestare, quae hujusmodi officio indigerent, quandocumque mss. codices ad id faciendum idoneos invenerimus; utque tales inveniremus, omnem adhibuimus et adhibituri sumus diligentiam.

Rariores quidem sunt qui opera describendo interpolaverint, vel contraxerint, aut mutila exempla fecerint, quam qui fideliter et integre describere voluerunt. Sed ex his tamen plurimi sunt parum saepe diligentes, aut non satis latinae linguae periti, qui, exempla faciendo, quamplurimos admiserunt errores claritati dictionis officientes, sensum mutantes, auctoris menti adversantes; atque solecismis, verborum transpositionibus et omissionibus, vel etiam vocabula affinia iis quae auctor adhibuit substituendo, latinitatem ab auctore non neglectam, barbariem olere faciunt. Hinc magno semper in pretio habitae sunt illae operum editiones, in quibus singula opera ad plures optimae notae mss. codices collata fuerunt ad errores illos corrigendos. Cum porro hujus generis defectibus omnia pene opera, quae ad plures mss. codices non fuerint exacta, abundare constet, propositum nostrum e medio operum S. Bonaventurae illos tollendi, tam laudabile videri debet, ut vel haec una ratio satis superque esset ad novam editionem ejusdem operum moliendam (1).

Sed est et quarta susceptae editionis causa, quae ceteris praestat, eamque ab anecdotis petimus, quae adhuc latitant, S. Bonaventurae operibus. Quamquam enim clarissimus auctor Prodromi, tria Supplementi volumina in folio ediderit operum, quae

(1) Benedictus Bonellus in Supplem. ad opera S. Bonav., tom. 3, col. 1270 nos admonuit " de aliis S. Bonaventurae operibus non recudendis in posterum, nisi post solertem factam collationem cum priscis editionibus ac codicibus manuscriptis.„

ipse S. Bonaventurae adscribit, non omnia tamen quae ab
tiquis nomenclatoribus S. Bonaventuram scripsisse accepim
aut in variis Bibliothecis sub ejus nomine manuscripta serv
ferebatur, invenire aut videre potuit. Quapropter ex indic
anecdotorum ab eo in Prodromo lib. VIII, part. IV relicto, sequer
excerpo quae ipse non edidit, vel quia ubi laterent nescivit,
quia in Bibliothecis valde dissitis servata, propriis oculis ex
rare non potuit. Ea porro sunt:

1. *Sermo habitus in Concilio generali Lugdunensi*, cu
principium: *Exurge Jerusalem; sta in excelso et circumspice ad
rientem, et inde collige filias tuas ab oriente usque ad occidentem*
Hoc discimus ex coaevo scriptore apud collectionem Labbean
Conciliorum, ex Baptista de Judicibus, et Marco Ulyssiponen

2. *Sermones ad clerum* descripti a fratre Marco de Mo
Feltro eorumdem auditore. — Ex coaevo Salimbeno Parmen

3. *Conciones ad fratres* Bononiae habitae. — Ex eodem
limbeno Parmensi.

4. *Sermo de B. Francisco* in Capitulo generali Parisiensi
Ex Ubertino de Casali, et S. Bernardino Senensi.

5. *Postillae in libros Salomonis.* — Ex coaevo Ptolomaeo
censi Ordinis Praedicatorum, S. Thomae Aquinatis auditor
confessario, et ex Martino Fuldensi.

6. *Postillae in Job.* — Ex Ptolomaeo Lucensi, Martino F
densi, et Joanne Mahusio.

7. *Postillae in epistolas Pauli.* — Ex iisdem Ptolomaeo, M
tino et Mahusio.

8. *Sermo de B. Francisco* habitus in loco S. Mariae de P
tiuncula. — Ex Bartholomaeo Pisano.

9. *Compendium de adventu Antichristi.* — Ex Gulielmo Vo
longo.

10. *Officium Corporis Christi,* diversum ab eo quod S. T
mas composuit. — Ex Francisco Samsone, Gabriele Barleta,
Anonymo Pistoriensi.

11. *Sophismata.* — Ex Joanne Francisco Pavino.

12. *De quatuor operibus religiosorum.* — Ex eodem F. Pavino.

13. *Epistola ad Michaëlem Imperatorem Graecorum.* — Ex eodem Pavino et Petro Rodulphio.

14. *De divisione rerum universi.* — Ex iisdem Pavino et Rodulphio.

15. *Laudatorium.* — Ex Ludovico Pruteno.

16. *Liber de imitatione Christi.* — Ex Bernardino de Bustis.

17. *Commentaria in duodecim Prophetas minores.* — Ex Joanne Mahusio.

18. *Commentaria in Marcum.* — Ex eodem Mahusio.

19. *Commentaria in Epistolas Canonicas.* — Ex eodem Mahusio.

20. *Compendium metricum scholasticum utriusque Testamenti,* incipiens: *Mundus fit in principio.* — Ex Sixto Senensi.

21. *Sermo* in quo mentio fit de multiplici fratrum dubitatione circa ea quae in regula continentur, inter eos exorta tempore fr. Joannis Parentis Generalis Ministri. — Ex mss. chronicis XXIV Ministrorum Generalium.

22. *Tractatus de signis universalibus.* — Extabat in Tabulario Asisiensi.

23. *Quaestiones super quatuor libros Topicorum.* — ibid.

24. *Quaestiones super quatuor libros Metheororum.* — ibid.

25. *Quaestiones super librum de Generatione.* — ibid.

26. *Viridarium consolationis.* — In Bibliot. Casin., Veneto-Vineana, ac Turonensi S. Martini.

27. *Regulae theologicae.* — In Bibliot. Parisiensi Regia.

28. *De quatuor gradibus vitae spiritualis.* — ibid.

29. *Summa poenitentialis.* — ibid.

30. *Epistolae declarantes regulam S. Augustini.* — In Bibliot. Trajectina ad Rhenum.

31. *Dialogus de creatione mundi et ejus redemptione.* — In Bibliot. Trajectina et Buxhaimiensi.

32. *Dialogus de statu Ecclesiae militantis.* — In Bibliot. Wolfenbutana.

33. *Tractatus physicus.* — In Bibliot. Lipsiensi Paulina.

34. *In octo libros* (seu potius epistolas) *Doctoris gentium.* — In Bibliot. Collegii Mertonensis in Anglia.

Exhibitus indiculus plane evincit novam editionem omnium operum S. Bonaventurae procurandam esse, anecdotis, quae genuina probari possunt, auctam, ceteris ad spuria vel dubia relegatis.

CAPUT III.

De ratione qua absolutissima operum omnium S. Bonaventurae editio parari queat, deque mediis quibus genuina a spuriis dubiisque secerni possint, atque anecdota quae supersunt inveniri.

I.

Quoniam, ut allata superius comprobant, eruditi viri qui vel opera S. Bonaventurae ediderunt, vel in eadem censoriam virgulam exercuerunt, in tam oppositas abeunt sententias, ut plurima opera, quae alii legitima censent, ab aliis inter spuria vel dubia rejiciantur, quisque hanc sibi obviam quaestionem instituat necesse est, unde tanta opinionum diversitas in viris ceteroquin eruditione praeclaris et narium emunctarum de re tam gravi judicantibus.

Sane ad Oudinum quod attinet, abreptum saepe fuisse a partium studio, animoque in rem catholicam hostili, ad denegandam S. Bonaventurae majorem ejus partem operum, aequo jure affirmari potest, idque ex iis quae ex eodem attulimus de sanctis Thoma et Bonaventura loquente, satis liquet. Quamquam vero longe saepius quam ceteri, volens aut ignorans, in censendis S. Bonaventurae operibus et gestis erraverit ipse, haud tamen semper aut vera negavit opera, aut spuria inique judicavit. Unde in aliquibus cum eo conveniunt et posteriores critici, et nobis etiam convenire necessum erit. Sed mirum profecto est, quod poste-

riores Oudino, quos retulimus, censores, quamvis Franciscales et pereruditi viri atque veritatis amantissimi, in pluribus judicandis operibus minime inter se conveniant, et quandoque opus idem, quod Oudinus ut legitimum admittit, ab illis ut adulterinum respuatur. Quod quidem satis ostendit, eos, operibus in asserendis vel negandis, bona fide se gessisse, ac nullatenus ob amorem Ordinis minoritici, cujus erant alumni, et Seraphici Doctoris, cui maxime addicti erant, sibi ac aliis fucum facere voluisse.

Illud prius a nobis assertum ut comprobemus, exempla aliqua afferamus. *Epistolam vigintiquinque memorabilium*, supra in elencho operum editionis Vaticanae sub n. 47 indicatam, genuinam agnoscit Oudinus; at non idem sentiunt Veneti editores, qui eamdem dubiam volunt. *Summa de essentia, et invisibilitate, et immensitate Dei*, ibidem sub n. 90 relata, dubia est apud illum, apud hos spuria. *Opus de quatuor virtutibus cardinalibus*, sub n. 26, Oudinus habet non indignum Bonaventura, Veneti editores dubium, P. Joannes Hyacinthus Sbaralea spurium, pater autem Bonelli ut verisimile Bonaventurae adscribit. En igitur opus, quod omnes pene notas, quibus opera ad auctores comparata suos distinguuntur, in se admisit. Non negat Oudinus legitimum esse foetum S. Bonaventurae *Commentarium in Evangelium S. Lucae*, sub n. 9; at Veneti editores dubium habent, Sbaralea et Bonellus certum tenent. Dubitat Oudinus de opere quod sub n. 27 a *septem donis Spiritus Sancti* inscribitur; Veneti editores minime dubitant quin certum existiment; Sbaralea et Bonellus inter spuria recensent. Ex ejusdem Sbaraleae judicio illegitima sunt opera, quae sub n. 1, 2, 42, 43, 54, 55 continentur, sed haec ipsa ut germana habenda essent ex P. Bonelli sententia.

Causam vero cur alii plura, alii pauciora S. Bonaventurae asseruerint vel negaverint opera, jam lector forte perspexit. Quam enim ob causam Oudinus tam multa negaverit, jam diximus.

Quod autem Veneti editores pauciora, quam critici sequentes, ut legitima admiserint, eorum certe in criticam Oudinianam nimiae propensioni adscribendum. Quod vero P. Hyacinthus Sbaralea multa Seraphico restituerit a prioribus ablata, ejus certe hac in re majori peritiae, eruditioni ac diligentiae in colligendis et perpendendis quae sive pro, sive contra stabant, aeque tribuimus. Quod denique P. Bonelli multo plura quam Sbaralea, Doctori Seraphico vindicaverit, inde profecto factum esse teneo, quod ipse solus, postquam critica ars vigere coepit, data opera, incredibili labore, summo studio et maxima diligentia, omnia quae potuit monumenta exploravit et explorari fecit, atque multos annos insudavit ad justum de illis ferendum judicium. Causa igitur, ob quam alii plura, alii pauciora concesserunt vel abjudicarunt opera Seraphico Doctori, in propatulo est. Sed non item ratio, ob quam laudati censores inter se dissentiunt in uno, imo pluribus iisdemque operibus judicandis. Quae sane aliunde petenda esse videtur quam a defectu eruditionis, diligentiae et laboris. Eam porro mihi investiganti duplex occurrit.

Prima nempe defectus est antiquorum nomenclatorum, qui nedum integrum, sed succinctum nimis operum S. Bonaventurae indiculum texuerunt, dum in eo paucis exhibitis, plura quam indicaverint, generalioribus verbis, ex gr. *et multa alia* (1), subticuerunt. Nemo autem nescit, in affirmandis vel respuendis auctorum operibus, auctoritas aequalium, vel proxime succedentium scriptorum, maximum constituere extrinsecum argumentum; quo deficiente, ii qui ex intrinseco tantum argumento judicant, nempe ex stilo et phrasi, doctrinaeque cum aliis

(1) His et similibus nempe, *et multa alia, et alia, et quam plurima alia, et alia plura* etc., indiculum operum S. Bonaventurae claudunt Martinus Monachus Fuldensis, Salimbene Parmensis, Bartholomaeus Pisanus, Joannes Gerson, anonymus Stronconiensis, Jacobus Oddo Perusinus, Gulielmus Eyssengrenius, Antonius Eugubinus, Octavianus de Martinis, Robertus de Licio, Gulielmus Vorrilongus, Ludovicus Prutenus, Joannes Franciscus de Pavinis, Joannes Trithemius, Ludovicus Granatensis, Franciscus Gonzaga, Mauricius Bressius, Marianus Florentinus, etc.

ejusdem auctoris germanis operibus similitudine, in diversas saepe abire sententias evenit, quia quod aliis idem stilus, phrasis, doctrinaeque conformitas apparet, aliis contra videtur.

Altera vero discrepantium judiciorum ratio, in defectu consistit bonae notae codicum mss., ab iisdem qui sententiam dicere debent inspectorum. Manuscripti enim codices, auctoris nomen praeseferentes, quo antiquiores sunt, proximiusque accedunt ad aetatem auctoris, eo majoris sunt ponderis ad opera eidem asserenda, et recte supplent antiquorum nomenclatorum defectum. Quandocumque itaque apud hos altum est silentium, ad litem dirimendam, recurrendum erat ad mss. codicum auctoritatem. Quod profecto neque Oudinus, neque Veneti editores fecerunt, unde ipsis aberrare obvium nimis. Consuluerunt quidem auctores, qui de scriptis et scriptoribus ecclesiasticis agunt, atque etiam catalogos, quos ad manus habere poterant, codicum manuscriptorum; sed quis nesciat tam in his quam in illis errores multos occurrere, ac plurima fuisse praetermissa?

Pater vero Hyacinthus Sbaralea, praeterquam quod longe ipse aliis diligentior in lectitandis operibus S. Bonaventurae, ex quo magis perspectos haberet penitiores Bonaventurianae doctrinae characteres, ut genuina a spuriis dignosceret, valde plura quam ceteri ad judicium ferendum idonea ipse monumenta perquisivit atque consuluit, et manuscriptos etiam codices inspexit multos, unde et multo rarius ipse, quam anteriores critici, lapsus est in errorem.

Ceteris omnibus vero pater Benedictus Bonellus ad veritatem ideo magis accessit, quia codices mss. operum S. Bonaventurae plurimos pervestigavit et recensuit, quorum auctoritate fultus, atque juncto simul argumento intrinseco de conformitate stili atque doctrinae, nedum plurima ex editis tam certo Bonaventurae asseruit, ut numquam postea in dubium revocari

possent, sed et anecdota reperit multa, quibus tria in folio saepius laudati Supplementi implevit ediditque volumina.

Silentibus itaque antiquis nomenclatoribus de numero integro et qualitate operum Sancti Bonaventurae, cum judicium ex solo intrinseco argumento petitum non semper tutum sit, nec judicantibus commune, nullum medium superest, quo lis inter criticos de editis operibus perpetuo dirimatur, et simul anecdota, quae in tabulariis latitant, detegantur, quam ut bonae notae codices mss. inveniantur, atque ideo bibliothecae perlustrentur.

II.

Adeundae igitur bibliothecae in quibus mss. codices asservantur, et ipsi codices sedulo inspiciendi ac recensendi ab iis qui in re de qua agitur, specialiter versati fuerint. Idque pluribus de causis. Primo quidem, quia multae adhuc sunt bibliothecae, quae manuscriptorum, quos possident, catalogum impressum habent nullum, quo, si ab illis bibliothecis distas, videre queas, an inibi aliqua sint manuscripta opera ad litem dirimendam idonea. Fieri namque potest, ut frustra quaesieris in omnibus, quotquot extant, mss. codicum editis catalogis, id quod forte in iis tantum bibliothecis servatur, quae ejusmodi catalogis carent. Dein vero, quia tales catalogi, maxime antiquiores, scatent erroribus, ac plura saepe reticent, quam prodant. Unde si quis illorum tantummodo auxilio criticum agere velit, nullum saepe certum judicium, frequentius etiam invite decipi et decipere, ac multa praetermittere inscius cogetur. Dictorum, quibus eadem confirmentur, aliqua sint exempla, ex iisdem catalogis sumpta, quos Bonellus in Prodromo ut testes adhibet ad veritatem detegendam.

Primum accipiamus ex *Catalogis librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae in unum collectis, ac impressis Oxoniae in*

Theatro Scheldoniano an. 1697, in quorum tomo secundo, parte altera, pag. 20, ubi de codicibus collegii Mertonensis agitur, sequentia occurrunt verba: *Bonaventura in octo libros Doctoris gentium*. Cum auctor coaevus Ptolomaeus Lucensis et Martinus monachus Fuldensis non sinant nos dubitare, Bonaventuram Postillas edidisse in Epistolas Pauli, duos abhinc annos Angliae bibliothecas cum perlustrarem, et Oxonium pervenissem, laetus accessi ad bibliothecam Mertonensem, sperans fore, ut codex ille anecdota commentaria S. Bonaventurae in Epistolas Doctoris gentium contineret : quae quidem spes communis mihi fuerat cum cl. P. Bonelli. Sed ea statim evanuit, cum, codicem prae manibus tenens, commentaria illa *in octo libros Doctoris gentium*, nihil aliud esse vidi, quam Bonaventurae *Breviloquium*. Ignara manus valde serius titulum illum praescripserat, eo forte decepta, quod opus exordiri animadverteret ab illis verbis S. Pauli (*Ephes.* III, 14, 19) *Flecto genua mea etc.*, quibus sacrae scripturae ortum, progressum et statum insinuari ostendit Seraphicus Doctor.

In iisdem catalogis tom I, pag. 78, inter mss. codices bibliothecae Bodlejanae, olim ad Kenelmum Digbeum pertinentes, *Bonaventura de triplici hierarchia* opus unum inscribitur. Codicem illum inspiciendo, nedum animadverti opus ab edito de Ecclesiastica hierarchia quod in Vaticana editione continetur, discrepare, verum etiam Bonaventurae haud posse tribui, cum sit posterioris temporis auctoris, qui, ad sua dicta firmanda, sententiis utitur S. Thomae Aquinatis. Inscriptio autem illa, *Bonaventura de triplici hierarchia*, in ipso cernitur codice a posteriori manu exarata, a quo dein in catalogum impressum transivit. Quapropter ejusmodi inscriptiones in catalogos manuscriptorum, qui eos digerunt, referentes, vel ipsis fatentibus, invite decipi ac decipere facile nimis, ut quis hujusmodi catalogis coecam adhibeat fidem.

Tertium sumo exemplum ex *Bibliotheca Bibliothecarum ma-*

nuscriptorum clarissimi viri Bernardi de Montfaucon, tom. 2, pag. 1365, quae refert mss. codices cathedralis Ebroicensis, inter quos unus inscribitur: *Bonaventurae introductiones sermonum.* Hunc ipsum codicem reperi Alentione in bibliotheca civitatis, continetque commentarium in secundum Sententiarum S. Bonaventurae: et ex hoc, qui indiculum manuscriptorum Ebroicensium a Montfaucon relatum contexuit, sermones qui commentarium in eodem codice sequuntur, putavit esse S. Bonaventurae, hosque eidem adscripsit, de commentario autem siluit.

Quartum exhibeat *Bibliotheca Belgica Manuscripta*, pag. 328, auctore Antonio Sandero, qui, inter codices mss. bibliothecae collegii Lovaniensis Societatis Jesu, *Centiloquium* refert Bonaventurae: hunc codicem in regia bibliotheca Bruxellensi, ubi nunc asservatur, cum inspicerem, nullatenus *Centiloquium* esse animadverti, sed *Incendium amoris* S. Bonaventurae, cui operi illius titulum manus altera suffecerat, eo decepta, quod verba capitis primi *Incendii amoris*, eadem sunt a quibus *Centiloquium* exorditur, nempe: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter.* Error proinde satis obvius iis qui paucam vel nullam habuissent familiaritatem cum operibus Seraphici Doctoris. Ideo consulto supra dixi, bibliothecae adeundae, et mss. codices sedulo inspiciendi ac recensendi *ab iis qui in re de qua agitur specialiter versati fuerint.*

Sunt quippe diversorum auctorum opera plura, quae ab iisdem exordiuntur verbis; itemque diversa opera unius ejusdemque auctoris, quae idem sibi vindicant initium. Quapropter ab iis, qui ad haec non satis attenderunt, magna saepe confusio facta est, quum, opus absque titulo, vel operis titulum absque auctoris nomine, aut etiam utroque destitutum invenientes, horum quod deerat, inscribere voluerunt, atque ideo operibus titulum non suum, nec opera suis tribuerunt auctoribus. Quod insuper gravius adhuc negotium facessit in distinguendis operibus et auctoribus, diversi sunt tituli, iique nonnunquam plu-

rimi, quibus unum idemque opus ejusdem auctoris, pro librariorum lubitu, inscriptum fuit. Et insuper diversa diversorum auctorum opera sunt, quae eumdem sibi vindicant titulum et materiam. Quamobrem vel ipsi doctissimi bibliothecarii, qui copiosae manuscriptorum supellectili servandae atque illustrandae praesunt, nequeunt semper manuscripta opera recte distinguere, et sua cuique auctori tribuere. Quandoquidem ad hoc praestandum necessarium foret initia, divisiones, formam, qualitatem, quantitatem, titulos omnium et singulorum, tum editorum, tum anecdotorum operum cujusvis auctoris noscere, aliaque innumera ac pene infinita, perspecta ac veluti coram semper habere, quae procul dubio naturalis ingenii vires superant, et humanae, quae hic peragitur, vitae brevitas et indigentia, quominus illa discantur et memoriae teneantur, impediunt. Unde nil mirum, quod etiam multi recentiores manuscriptorum catalogi imperfecti censeantur. Sunt quidem plerique antiquioribus valde perfectiores utilioresque ad consulendum, sed tamen adhuc sunt perfectibiles, eruntque tales nonnulli semper, cum omnes et singulae quaestiones de re historica, quibus mss. codices materiam praebent, nunquam forte poterunt definiri. Haec dicta nolumus doctis bibliothecariis, neque eruditis quibuscumque, atque in manuscriptis codicibus pervestigandis versatis, qui haec probe norunt: sed iis qui opus nostrum vel supervacaneum duxerint, vel aliter perfici posse putaverint, quam bibliothecas adeundo, manuscriptos codices perquirendo et examinando, et, qui ad rem faciunt, diligenter recensendo.

Cum vero de auctore agitur, cujus multa adhuc latere opera constat, neque horum certus numerus et qualitas agnoscuntur, et cui etiam quamplurima sive genuina sive spuria tam in impressis quam in manuscriptis codicibus attribuuntur, de quibus aut dubium, aut magna lis, aut sententiae dissonae, vel altum est silentium apud nomenclatores, operumque et auctorum

ecclesiasticorum censores; tunc ab eo, qui in re de qua agitur specialiter sit versatus, haud paucae vel multae bibliothecae in quibus mss. codices asservantur, perlustrandae sunt, sed omnes omnino, si vult ea munia praestare, quae necessaria sunt ad quaestiones dirimendas, absolutissimamque operum omnium sive editorum sive anecdotorum ejusmodi auctoris editionem adornandam. Subsunt enim et auctorum celebriorum opera fato suo, quo alicujus vel etiam multorum ejusdem auctoris operum omnia manuscripta exempla perierunt, vel unum tantum superest, quod in unius tantum bibliothecae latebris degit, a te multum dissitae, et manuscriptorum paucitate vel qualitate magis obscurae quam celebris: quam si non perlustraveris, incendio, vel alio infortunio unicum illud optimae notae manuscriptum exemplar perimente, vel opus anecdotum perpetuo amisisti, vel jam impressi operis, sed mutili, complementum. Idipsum porro censendum est quoad quaestiones de legitimitate vel suppositione operum solvendas, et errores, qui in eadem impressa irrepsere, corrigendos. Fieri namque potest ut quamplures reperias manuscriptos codices unius ac ejusdem operis in diversis bibliothecis, unicus tamen extet bonae notae, qui, sua vel antiquitate vel correctione, aut valeat ad litem de operis auctore dirimendam, vel ad impressum sphalmatibus refertum emendandum. His adde, quod, ut mihi certa constat experientia, quandoque, ob plurima rerum adjuncta quae hic enumerare supervacaneum duco, exemplaria manuscripta alicujus operis, antiquiora vel scriptori coaeva, in unius tantum regionis tabulariis occurrunt legitimo inscripta parenti; e quibus, nonnisi post notabilem temporis lapsum, exempla alia deducta, tacitoque auctoris nomine, in alias invecta regiones, alienis demum inscripta sunt auctoribus, iis videlicet, quibus probabilius ea in regione opus anonymum convenire posset. Hinc non semel accidit, quod idem opus plures nationes sui velint esse concivis, ac plures hominum coetus sui consodalis. Si proinde ad

unius tantum regionis manuscriptos codices attenderis, aliarum codicibus non perquisitis, te falli ac fallere pronum est.

Cum igitur Seraphicus Doctor ejusmodi auctor sit, cujus multa adhuc, ex testimonio antiquorum scriptorum, in bibliothecis ac tabulariis opera, nisi perierint, delitescunt; neque omnia quae latere possunt agnoscantur, quia aequalium scriptorum nemo integrum ejusdem operum indiculum contexuit; cumque praeterea adhuc plura, vel jam edita, vel nondum typis impressa eidem tribuantur, de quibus critici operumque ecclesiasticorum censores aut dubitant, aut inter se dissident, vel omnino silent: ideo, ad quaestiones solvendas absolutissimamque operum S. Bonaventurae editionem curandam, in eam sententiam deveni, omnes penitus totius Europae bibliothecas, quae ob quantitatem qualitatemque manuscriptorum codicum ante saec. XVI exaratorum, alicujus sunt momenti, adeundas mihi esse, et sedulo perlustrandas (1). Superioribus aevis hoc peragere munus, uni viro impossibile; idque tentasse, dementia prorsus fuisset, tum ob nimiam Bibliothecarum ac tabulariorum multitudinem, in quibus mss. codices dispersi asservabantur, tum ob viarum asperitatem nimiumque temporis spatium itineribus agendis insumendum, tum denique ob difficultates superandas, quibus aditus quandoque bibliothecarum exteris atque ignotis hominibus circumseptus erat. Sed nostris hisce temporibus, cum mss. codices, qui olim in multis cujusque provinciae bibliothecis summa religione custodiebantur, nunc (qui temporum injuria non perierunt) in paucioribus collecti sint bibliothecis, et ad

(1) Ad rem monuit P. Benedictus Bonelli, in praef. ad tom. 3 Supplementi, pag. VIII, "ut in nova editione curanda, nulla eorum quae desunt et in bibliothecis aut tabulariis adhuc latent, perquisitio omittatur, nullaque diligentia ad eam locupletandam anecdotis.„ Ipse enim Bonelli paucissimas, Italiae tantum, bibliothecas perlustravit. Plurimas quidem perlustrari fecit a duobus sociis PP. Theodoro de Gavatio et Floriano de Tridento, sed pariter in Italia tantum. Ceterum praeterea ipsi nonnisi quae catalogi bibliothecarum S. Bonaventurae tribuebant manuscripta opera inspexerunt. Multae vero sunt bibliothecae italicae, quas illi non adierunt, et nullae penitus extra Italiam perquisierunt. Recte igitur monuit P. Bonelli bibliothecas fore perlustrandas ad novam editionem anecdotis locupletandam.

has publicas bibliothecas, statutis diebus et horis, aditus pateat omnibus; cumque per viam ferreis axibus constratam spatia percurrantur celerrime, commodiusque itinera peragantur: in his, inquam, rerum ac temporum adjunctis, labor a me susceptus perlustrandi omnes totius Europae bibliothecas, improbus quidem est, sed factu possibilis, Deo tamen praebente auxilium; jamque, ipso Deo Optimo Maximo, ob intercessionem S. Bonaventurae, me adjuvante, bibliothecas Gallicas, Anglicas, Belgicas, Helveticas, Italicas fere omnes, ac partem etiam Germanicarum adii, lustravi, codices perquisivi, inspexi, expendi, et qui mea intererat sedulo recensui; sociis interim meis illas bibliothecas petentibus, in quibus manuscripta opera S. Bonaventurae transcribenda vel cum editis conferenda invenissem.

III.

Utque integra operis nostri prosequendi ratio cunctis pateat, praestat hic aliquid dicere de manuscriptorum codicum pervestigatione, deque regulis quibus utor in delectu manuscriptorum, quos examini et recensioni subjicio. Quibusnam primo in locis et bibliothecis collectiones manuscriptorum habeantur, vel tantum libri jam impressi asserventur, didici et disco partim per editos manuscriptorum catalogos, sive antiquiores (qui saepe ubi codices erant, non ubi modo sunt, docent) sive recentiores; partim per commercia litteraria cum eruditis viris; partim per epistolas ad Praefectos bibliothecarum missas, e quibus unam dedi (1) impressam ad omnes bibliothecarios, quorum plerique responsa mihi dederunt, iisque propterea, ut de me deque opere mihi demandato benemeritis, plurimas gratias habeo. Dein vero,

(1) Venetiis 14 Julii 1871.

etsi certo sciam nullum extare opus Bonaventurae inscriptum, inter manuscriptos codices alicujus Bibliothecae, ad hanc tamen accedo, si codices habeat saeculo XVI antiquiores. Non enim codices tantum qui in catalogo ex auctorum indice alphabetico opus aliquod S. Bonaventurae continere videntur ego inspicere debeo, sed et alios complures qui opera anonyma complectuntur, quibus operibus ob titulum vel materiam, quam continent, opera similia, sive edita sive nondum impressa, mihi scripsisse constat Seraphicum Doctorem, aut lucubrasse verisimile est. Omnes namque celebriores Scholastici, plus minusve, eadem fere scribebant opera, videlicet commentaria in totam vel magnam partem S. Scripturae, in libros Sententiarum, in libros Dionysii Areopagitae, Aristotelis, etc., atque compendia etiam edebant tum theologica tum philosophica, nec non et quaestiones quas vocant sive quodlibeta sive disputatas, atque opuscula ascetica, liturgica, etc. Et quia, ut jam supra animadverti, nullus auctor coaevus vel suppar integrum vel satis diffusum operum S. Bonaventurae syllabum confecit, ideo quot ille scripserit nescimus, meritoque suspicari possumus, non pauca adhuc in tabulariis latere, quae, ut reperiantur, inter illa operum genera, quae scriptores saeculi XIII componere solebant, inquirenda sunt. Quam ob causam catalogis manuscriptorum plura saepe reticentibus, aut veluti anonyma, quae hujusmodi non sunt, perhibentibus, omnia praedictorum generum opera anonyma, quae mihi catalogos integre percurrenti occurrant, inspicio diligenter. Neque his contentus sum; sed multa insuper alia diversis auctoribus inscripta opera examino, quae in aliis manuscriptis codicibus Bonaventurae tributa esse scio, vel quae, jam edita sub nomine Doctoris nostri, aliis auctoribus codices manuscriptos tribuere posse suspicor. Nullum enim pretium operis foret anecdota opera in mss. codicibus S. Bonaventurae inscripta edere, vel alias, jam edita eidem adserere, si codices antiquiores vel etiam S. Bonaventura anteriores, aliis

larent illa auctoribus. Ne igitur manuscriptis codicibus nomen Bonaventurae praeseferentes decipiar, atque ipsi aliena tribuendi discrimini me exponam, necessitas mihi est multa quoque aliorum auctorum manuscripta opera examinandi. Quia denique nullus, quod ego sciam, scriptor aequalis vel suppar vitam S. Bonaventurae digessit, atque pauca nimis de ipsius gestis a scriptoribus coaevis vel quasi coaevis tradantur, ideo omnia quoque opera manuscripta, mimirum legendas, historias, chronicas etc., in quibus vel obiter de S. Bonaventura sermonem fieri posse arbitror, a bibliothecariis videnda peto, eaque excurro, ad gesta, quae latent, S. Bonaventurae detegenda, vel ad jam notis majus lumen afferendum.

In iis autem omnibus cujuscumque generis manuscriptis codicibus, ut eos inspiciam, petendis, dux mihi est eorumdem catalogus sive impressus sive manuscriptus, eoque melior dux, quo a peritiori manu confectus fuerit, atque in recensendis manuscriptis diffusior, cujus sane generis catalogi plures sunt ex recentioribus quam ex antiquioribus. Cum vero catalogus dux est infidus, vel quia purum putumque operis titulum exhibet, vel quia generalioribus verbis ac reticentiis collecta in uno codice opera annuntiat, nec etiam quot, qualia, et cujus ea sint monet, vel ex pluribus contentis pauca indicat, vel aliqua non recenset; tunc adhuc plures codices inspiciendum mihi est, quia hoc in casu apta regula mihi deest ad deligenda ex catalogo ea omnia varii generis manuscripta opera, quae mihi necesse est inspicere et examinare. Denique haud raro mihi accidit, in minoribus praesertim bibliothecis, nullum catalogum neque impressum neque exaratum codicum manuscriptorum invenire; hisque in rerum adjunctis ipse debui pulverem excutere de omnibus asservatis manuscriptis codicibus, ut meas possem agere inquisitiones.

His regulis mihi praelucentibus in manuscriptorum operum perquisitione, magnam quidem me cernis, lector, ubique gentium codicum manuscriptorum inspicere quantitatem, sed si

quem, ut infra videbis, successum habui in opere mihi dema
dato prosequendo, atque etiam habiturus sum, ab hac certe r
tione perquirendi codices repetere debeo. Ad tot autem codic
oculis meis perspiciendis, benevolentia sane bibliothecarioru
opus habeo. Sed et haec, ut plurimum, mihi non defuit. Doct
enim quisque bibliothecarius facilem obviumque meis precib
semper se praebuit, statim ac mearum inquisitionum ration
et modum intellexit. Neque iste labor qualiscumque meus ips
bibliothecariis supervacaneus erit, dum mea dein poterunt cod
cum recensione et quaestionum ventilatione uti ad aliquas ca
talogo manuscriptorum, quibus servandis et illustrandis praesup
notulas addendas. Non enim tantum opera manuscripta ego re
censeo, quae vel jam in catalogo recensita nomen praeferunt S
Bonaventurae, vel cujus nomen illis praescriptum ego primu
detego: sed ea etiam quae anonyma invenio Seraphici Doctoris
quaecumque ea sint, sive edita sive anecdota, sive spuria siv
genuina; quae sane cum sint anonyma, ipsius esse vel ips
tribui nescirem, nisi aut alibi in aliis manuscriptis codicibu
eidem tribui vidissem, aut, si de editis agitur, familiaritate
aliquam non haberem cum operibus Seraphici Doctoris. Labo
igitur hujusmodi meus non inutilis bibliothecarum Praefecti
ad sciendum cujus sint, vel quibus alibi tribuantur anonym
quaedam manuscripta opera, quae ipsi possident. Certe, si omne
auctorum editiones hac fierent ratione, futurum esset ut pauc
anonyma in tabulariis laterent, quorum auctores certi, vel pr
babiles, aut saltem dubii, ignorarentur: nunc vero multa sun
in illis manuscripta opera, quae nec rationabiliter dubitand
alicui possunt tribui auctori.

Ad me autem quod attinet, aliis moveor causis ad perqu
renda et recensenda omnia Seraphici Doctoris opera anonym
Prima quidem est, quia quantitas major vel minor exemplor
unius ac ejusdem operis, quae quovis saeculo vel saeculi par
descripta sunt, nobis aliquo modo innuit (non absolute, qu

pluribus de causis unius operis exempla multa, vel etiam omnia aut pene omnia, periisse potuerunt) nobis, inquam, aliquo modo innuit quanti opus habitum fuerit per ea tempora, quibus ejus multa vel pauca exempla facta sunt, nec non diversae aetatis varia in auctores hominum studia: si enim plurima extant exempla alicujus operis, haec sane nobis indicio sunt, opus plurimi factum per ea tempora quibus illa scripta sunt. Illa porro quantitas neque approximative haberi potest, ea tantummodo operis exempla recensendo, quae nomen auctoris praeferunt, cum siquidem haec valde pauciora saepe sint, quam anonyma, praecipue cum opus tanta fama gauderet, tamque omnibus notus esset illius auctor, ut librarii supervacaneum duxerint ejus nomen operi inscribere (1). Altera causa est, quod ex multis vel paucis mss. codicibus unius ac ejusdem operis, sive editi, sive anecdoti, meliores, ob variantes quas continent lectiones, deligendi sunt, qui a meis sociis conferantur ad illas colligendas. Haud raro autem contigit, praeferendos esse anonymos iis qui nomen auctoris ferunt, utpote correctiores aut plures vel meliores lectiones variantes exhibentes, vel non exscripti ab eodem exemplari, a quo plures alii cum auctoris nomine esse possunt, neque ideo inter se differentes quoad variantes lectiones si menda excipias, quae quilibet librarius admisit.

Praeter ea quae nomen ferunt S. Bonaventurae, vel quae ejus sunt, aut ei attribuuntur anonyma opera, illa quoque recenseo, quae aliis auctoribus a mss. codicibus asserta, in aliis Bonaventurae tribui, mihi constat. Ab antiquioribus etiam, si qui sunt, collectionum, quae modo amplius non existunt, mss. codicum catalogis, ea excerpo quae ad rem faciunt meam; siquidem hu-

(1) Nullius auctoris Commentariorum in libros Sententiarum tam multa manuscripta exempla extare comperi, quot illi S. Bonaventurae habent; quae proinde ceteris praelata fuisse nullus dubito. Cui quidem meae sententiae suffragatores habeo testes plures, etiam coaevos, qui scriptis mandarunt, Commentarios S. Bonaventurae in libros Sententiarum vel ab ipsis in theologia magistris, *solemnes et quasi pro authenticis habitos fuisse*. Hinc certe illa exemplorum multitudo, quae in nova editione recensebimus.

jusmodi catalogi certis auctoribus opera asserentes, tantam aliquando merentur fidem, quantam vel ipsi nomenclatores et codices, si cum his comparati aequaliter propinqui sint vel aequaliter distent ab auctorum aetate, quibus opera adscribunt. Denique, cum necessitas mihi sit, ad finem, quem mihi praestitui, consequendum, omnes bibliothecas perlustrandi, ac magnam inspiciendi manuscriptorum multitudinem, idque maxime conducat ad inedita cujuscumque auctoris detegenda, et quaestiones de operum auctoribus definiendas, dum saepe, quod non servatur in multis bibliothecis, occurrit in paucis, quodque frustra quaesieris in magnis manuscriptorum collectionibus, invenies forte in parvis; ideo quandocumque mihi aliquorum auctorum, praecipue Franciscanorum, opera occurrunt, quae inedita ego scio vel puto, haec etiam recenseo, vel si nimia sunt, ubi extent noto, atque harum recensionum et notarum aliquis mihi, vel aliis, usus erit post adornatam operum omnium S. Bonaventurae editionem, si vita comes fuerit.

IV.

In manuscriptorum vero operum recensione, ea omnia noto, quae propositi mihi finis non transgrediuntur limites; quae proinde recensio modo longior est, modo brevior, pro manuscripti codicis natura, origine, antiquitate, ac pro dubiis et quaestionibus quae agitantur circa opus in eo contentum et ejus auctorem, vel circa operis partem, partiumque dispositionem, mutilationes, interpolationes, etc. Testes quippe sunt codices manuscripti atque ideo ita a judice diligenter et circumspecte interrogandi, ut omnia prodant quae ad justum valent ferendum judicium. Quamobrem inter ordinarias et communiores notas, quibus solent mss. codices percenseri, eas diligentius expendo, fusiusque de-

scribo, ex quibus validius argumentum trahi potest ad aequam proferendam sententiam. Quum vero codices unius operis permulti sunt, idemque uno ore dicunt, nec ulla est dissensio inter eos, tunc, utpote testibus concordibus, brevior sum in ipsis audiendis, eorumque testificationibus accipiendis. Semper tamen mihi est cura aliquod discrimen notandi, quo quisque codex a me recensitus, etsi multi essent ejusdem formae et operis, atque alio transferri et dominium mutare contingeret, ab aliis quibuscumque mss. codicibus S. Bonaventurae operum dignosci queant. Id autem ea perago intentione, ut futuris quibuscumque temporibus, quisquis operum S. Bonaventurae mss. codices invenerit, quos ego non recensuerim, aliis jam inventis addere ac veluti a se primum detectos recensere et enumerare possit. Quam sane distinctionem nemo putet supervacaneam fore, cum novi codices a me non inventi, quaestionibus, si quae supererunt post hanc nostram editionem, circa opera dubia solvendis, haud parum luminis afferre possunt iis qui aliam post nostram adornare voluerint, eique sive aliquid sive multum novi addere. Non enim promittere possum, antequam reliquas, quae lustrandae sunt, Europae bibliothecas perquisierim, de omnibus S. Bonaventurae operibus dubiis litem fore dirempturum. Fieri siquidem potest, ut omnibus totius Europae bibliothecis pervestigatis, nonnulla opera, quae dubia sunt, quaeve inter dubia projecturus essem, monumentorum defectus prohiberet eadem tum inter certa recensere, tum ad spuria ablegare.

Manuscriptorum transcriptio, eorumque sive cum aliis mss. codicibus, sive cum editis operibus comparatio; priscarum quoque editionum cum Romana collatio, ut ex utrisque, nempe manuscriptis et editionibus variantes lectiones colligantur; nec non studium et labor testimonia S. Scripturae et aliorum quorumlibet auctorum, quae S. Bonaventura profert, cum libris et locis unde sumpta fuerunt conferendi, et quando citatio libri et loci deest utrumque reperiendi, aliaque id generis vel etiam

diversi necessaria munia, quae praecipuas sibi vindicant partes operi nostro exequendo et perficiendo, ad socios meos pertinent. Vita namque et vires unius hominis haud sufficerent editioni adornandae S. Bonaventurae operum eo modo quo nos paramus. Hujuscemodi editionem curare opus est permagnum, quod promoveri et perfici nequit, nisi a plurium virorum societate, cujus membris, morte aut alia causa deficientibus, alia substitui possint ab eo qui societati praesit, vel eam instituerit. Ad hujus generis societates instituendas et servandas maxime idonei sunt Ordines regulares, et congregationes hominum religiosorum, uti exempla plura praeteritorum temporum atque etiam nostrorum abunde testantur. Neque quod plures viri et plures per annos, a ceteris quibuscumque curis absoluti, in unum pene laborem incumbant antiquitatis anecdota monumenta et celebriorum auctorum opera in lucem edendi, vel novis illa accessionibus cumulata illustrandi, aut operam perdi aut minus utilitatis inde Ecclesiae et hominum societati provenire, quam si aliis vacarent illi studiis, censendum est; cum, ut optime observat clarissimus pater Franciscus Combefis Ordinis Praedicatorum, non omnes lateat « plus *fere* mereri de « re christiana ac literaria, qui superioris aetatis ecclesiastica « monumenta, quibus lux aliqua veritatis accendatur, fidesque « ac traditio defendatur, sedulo recensita in vulgus edant, quam « qui suo marte ac ingenio, suis novis Ecclesiae messem au- « gent. Quamquam plures illud alterum magis ambiant, atque « ad laudem proclivius ultro rapiat; primum, quasi durior i- « operae nec sic ad laudem pronum, eruditorum pars plurima « negligat atque respuat (1). » Mihi autem videtur, modo non- nus, modo aeque, modo plus, absque *fere*, de republica chri- stiana mereri, qui primum agunt, quam qui alterum praestant, pro operum et auctorum, quos edunt, pondere, modo quo illi in

(1) In praemonit. ad lectorem, p. 1 Biblioth. Graecor. Patr. Auctar. novissa., Paris. sumptibus Aegidii Hotot 1672.

adornant, aliisque temporum et rerum adjunctis. Equidem si de aliquo vel pluribus cujusvis Ecclesiae Doctoris operibus a tineis ac tenebris eripiendis agitur, vel ab intemperantiori critica ablatis iisdem vindicandis labor impenditur, quisquis haec quovis tempore praestiterit, utilius munus praestare dicendus est, quam si scripta proprio marte composita edidisset, quia haec vel optima si essent, ad magisterii auctoritatem qua gaudent opera Doctorum Ecclesiae non pertingunt.

Manuscripti codices quos socii mei exscribunt ii sunt, quos certa opera S. Bonaventurae eaque anecdota continere judicaverim ex iis omnibus indiciis quibus certa a spuriis, et utraque a dubiis dignosci queunt. Nonnunquam vero, et eorum quae verisimilia videntur, apographum faciunt, si, vel parvae sint molis, neque ideo ad urbem vel locum in cujus bibliotheca servantur denuo accedere expediret cum illa serius, aliis manuscriptis et rationum pondere accedentibus, veluti certa admitti, aut veluti spuria abjici possunt; vel si nonnisi longiori examine et post omnes bibliothecas perquisitas, verisimilia quaedam aut etiam dubia tuto judicari queant. Fragmenta etiam describunt, vel partes operum integrantes, si quae inveniuntur, operibus sive editis sive anecdotis complendis necessaria. Quae vero anecdota ex ore S. Bonaventurae dicentis collecta fuere, quaeque *Reportata* audiunt, nedum semel quandoque exscribunt, verum etiam bis ac ter, cum scilicet ea primo valde contracta, dein fusiora, ac tertio multo completiora in diversis bibliothecis et mss. codicibus reperiri contingit. Idemque etiam praestant, cum reportata jam edita, magna cum ordinis mutatione, dictorumque et rerum notabili cum variatione, imminutione vel accretione, in manuscriptis codicibus occurrunt.

Manuscriptorum exscriptio et collatio non est opus patientiae tantum, ut quidam putant, sed etiam ingenii, imo plus saepe ingenii quam patientiae. Quo enim quisque ingeniosior et eruditior, eo magis perfecta mss. codicum transcriptio fiet:

qui vel ingenio caret vel diligentia, errata multa, codices describendo et comparando, admittere necesse est. Ad manuscriptorum quippe sigla, seu notas compendiarias recte interpretandas, ingenii saepe acumen, et attentio quandoque magna requiritur. Regulae, quas tradit palaeographia ad legendos tum ejusdem tum diversae aetatis antiquos et valde inter se differentes characteres, juvant sane multum ad rectam manuscriptorum descriptionem; sed magis adhuc confert in ipsis legendis exercitatio, plurimum vero simul cum hac ingenii perspicacia et solertia; ac tandem cognitio describendae vel conferendae materiae, apographa reddet omni ex parte perfecta. Postrema haec conditio, per quam intelligimus, quod palaeographus recte vel sufficienter intelligat, ex. gr. res theologicas et philosophicas si has ab antiquis codicibus describere debeat, eo vel magis requiritur, cum de mss. operibus theologi et philosophi scholastici, uti est S. Bonaventura, transcribendis vel conferendis agitur; ac propterea jejunus esse non debet palaeographus methodi et terminorum scholasticorum saec. XIII. Haec sunt generaliores rationes quae praefuerunt ac praesunt Sociorum delectui, qui munus suscipiunt mss. opera S. Bonaventurae exscribendi vel conferendi: easque hic exposuimus, ut si quis e nostris confratribus, cujuscumque provinciae et nationis fuerit, requisita superius adnotata ad codices transcribendos vel conferendos in se haberet, vel quae ex illis ei desunt, brevi comparaturus esset, cuperetque editoribus S. Bonaventurae operum suppetias ferre per aliquod temporis spatium, vel eisdem adjungi ut cooperator ordinarius; propositum suum et voluntatem significare velit nostro Reverendissimo P. Ministro Generali, qui hac de re, juxta quod in Domino expedire videbit, decernet. Quo enim plures sunt cooperatores, eo citius editio absolvetur, et quo plures conferuntur codices, eo facilius et perfectius opera S. Bonaventurae ab innumeris, quibus scatent, mendis pur-

gr.

Uniuscujusque operis, sive editi sive anecdoti, plures vel etiam multi conferuntur codices, a me plerumque delecti, a sociis nonnunquam deligendi cum ad bibliothecam aliquam primo accedunt, inter plures ejusdem bibliothecae et operis antiquiores atque emendatiores codices, atque a diversis quantum fieri potest exemplaribus descriptos, ex iisque omnes omnino, quas reperiunt, variantes lectiones colligunt: idemque agunt, priscas editiones, atque his posteriores quae ad codices manuscriptos fuerint castigatae, cum Vaticana editione conferendo. Priores namque, quas *incunabula* vocant, vim habent fere parem codicibus manuscriptis saec. xv, nisi probari possit ad antiquioris aevi manuscripta exemplaria exactas fuisse: hoc enim si probaretur, vim fere parem haberent codicibus ejus saeculi ad quorum normam cusae fuerint. Posteriores vero, majorem vel minorem habent vim, pro manuscriptorum qualitate, ejusque diligentia et ingenio qui, ad illas castigandas, manuscriptis codicibus usus est.

Testimonia sacrae Scripturae et aliorum auctorum, quae Doctor Seraphicus adhibet ad sua dicta firmanda, ad meliores, quae haberi possunt, editiones socii mei comparant. Hujusmodi comparatio differt a ratione conferendi mss. codices et editiones operum S. Bonaventurae superius tradita, quia non modo lectio varians notanda est, sed etiam, an testimonia illa contracta aut verbotenus ex operibus excerpta fuerint, videndum est atque indicandum. Et quod insuper gravius negotium facessit, cum locorum citationes, unde illa desumpta fuere, aut desunt aut falsae sunt; quod saepe contingit in editis, saepissime in anecdotis; quaerenda illa loca sunt quaquaversus, non modo in uno, verum etiam in pluribus, ac saepe etiam in omnibus ejusdem auctoris operibus usquedum inveniantur. Nec tantum opera omnia unius auctoris ad aliquod testimonium inveniendum, quandoque evolvere oportet, sed etiam plurium, eorum scilicet omnium, ad quos probabilius allatum a Bonaventura

testimonium pertinere judicatur. Cum vero aliorum auctorum testimonia quae affert Doctor Seraphicus, vel ad opus anecdotum spectant, vel ad fragmenta operum quae in impressis desunt, atque horum mutilationes et lacunas constituunt, tunc impossibile est illa reperire. Quapropter maximam quidem diligentiam spondemus in citationibus, quae desunt, inquirendis, et in iis quae falsae sunt emendandis, sed non item omnes penitus invenire et emendare promittimus.

Quid praecipue quisque sociorum operae contulerit huic editioni adornandae, in hac ipsa suis pandetur locis, eorumque nonnullos vel hic infra cum debita laude nominandi occasio mihi erit. Eorum etiam qui non sunt socii ordinarii, sive sint e nostratibus sive ex exteris, quique opem aliquando ferunt codicem describendo aut conferendo, vel opus aliquod sive plura antiquarum editionum cum Romana comparando, aut loca unde S. Bonaventura testimonia sumpsit inveniendo, mentio fiet debita in nova editione, ita ut aequa lance cuique suum tribuatur. Omnibus denique ac singulis, bibliothecarum speciatim Praefectis, qui, quoad tempus operae impendendum, mihi et sociis adjuvantibus ita favere possunt, ut opus aggressum et celerius et perfectius finem sit consequuturum, palam gratias et acturi et habituri erimus. Hic interim duobus clarissimis Manuscriptorum conservatoribus, quammaxime obstrictos nos profiteri et gratias agere liceat, nimirum Reverendissimo Domino Pio Martinucci Bibliothecae Vaticanae Custodi, et celebri viro Leopoldo Delisle, manuscriptis nationalis Bibliothecae Parisiensis conservandis Praefecto, quia in his duabus bibliothecis ob qualitatem et quantitatem manuscriptorum codicum quos continent, plusquam in aliis laboris et operae a nobis impensum fuit, et magna duorum laudatorum virorum benevolentia usi sumus ad opus nostrum in illis peragendum.

V.

Quamquam vero omnes penitus lectiones variantes, quae sive in mss. codicibus, sive in editis S. Bonaventurae operibus, sive in testimoniis cujusque auctoris conferendis occurrunt, omni diligentia colligantur, haud tamen eas omnes daturi sumus, cum siquidem omnes simul, opus saepe ipsum, cujus sunt, mole superarent. Non enim nobis probatur eorum ratio, qui omnes quotquot colligunt variantes lectiones, sive optimas, sive bonas, sive nullius momenti, ac vel ipsa oscitantium librariorum errata manifesta, haud secus ac si essent nivei viridesque lapilli, lectoris sub oculos ponendas existimant. Id supervacaneum ducimus, ne dicamus damnosum; propterea quod, cum nimiae illae sunt, lectoris animum a textus lectione distrahunt nimis, atque ipse tandem nimietatem illam pertaesus, ad nullas forsitan attendit. Colliguntur itaque omnes manuscriptorum ac editorum operum S. Bonaventurae lectiones variantes, ut ex his meliores, et ex melioribus optimas deligere valeamus. Ex melioribus vero quae optima erit, lectioni quae habetur in textu sufficietur, hac ad calcem rejecta, quandocumque aut editio Romana errare convincitur, aut illa huic, manuscriptorum et editionum ex quibus sumpta fuerit, numero, qualitate, antiquitate et consonantia spectatis, praeferenda judicatur. Cum vero aeque bona erit lectio editionis Vaticanae, ac manuscriptorum codicum et aliarum editionum, illa jus possessionis habebit, suumque locum servabit, hac ad calcem remissa una cum ceteris, quas praebere vel utile vel eruditis jucundum censeatur. In testimoniis autem sacrae Scripturae et quorumlibet auctorum a Doctore Seraphico adhibitis, nulla mutatio fiet, nisi optimae notae manuscripti codices ejusdem operum id postulaverint. Hujus autem ratio est quia ipse testimonia illa adhibuit prout

codices referebant, quos prae manibus habuit. Quandocumque igitur lectio Bonaventuriana discrepat a lectione Vulgatae et editionum aliorum operum e quibus testimonia sumpta fuerint, harum editionum variantes ad calcem dabimus, lectione S. Bonaventurae a suo loco non dimota. Casus tamen excipe in quibus librariorum menda manifesta sint: tunc enim lectio Boventuriana a librariis corrupta vel truncata, corrigenda vel supplenda erit lectione Vulgatae atque editionum operum aliorum auctorum.

Bonaventuram, cum opus fuerit, ipso plerumque Bonaventura illustrabimus, ea scilicet in notis ad calcem subjicendis afferendo vel indicando, quae alibi aut fusius, aut clarius, aut data opera ipsemet dixit: addemusque alias varii generis notas pro materiae explicandae opportunitate vel necessitate. Moderate tamen, ne potius commentatores quam editores agere dicamur, neve supervacaneam facilemque eruditionem ostentemus. Si quae erunt cujusvis naturae diluendae difficultates, vel quaestiones speciatim tractandae circa doctrinam, quae longiori indigeant discussione aut expositione, has praefationibus inseremus, in varios distinctis titulos, atque singulis operibus praemittendis. Quibus etiam singularium operum praefationibus copiosam ministrabunt materiam plures ac diversarum rerum recensiones, videlicet: nomenclatorum, qui subsequens singulare opus Doctori Seraphico tribuerunt; codicum manuscriptorum juxta aeva quibus scripta, vel familias interdum ad quas pertinent, aliasve quas habuerint qualitates, dispositorum; variarum editionum quas unumquodque opus habuerit, atque in varias ejusdem linguas versionum, sive hae jam typis mandatae fuerint, sive nondum lucem aspexerint; auctorum qui contra jus Bonaventurae germanum denegarint opus, vel eidem pariter contra jus adscripserint. His omnibus praemissis, quid singula monumenta et auctoritates valeant, quamque fidem mereantur, expendetur, et legitima quae inde consequuntur corollaria, deducemus. Recen-

sio dein subnectetur eorum auctorum, qui opus Bonaventurianum commentati sunt vel notis illustrarunt, vel eo praecipue usi sunt ad sua lucubranda opera, vel inde alterius scribendi rationem acceperunt, vel excerpta non exigua nec pauca adhibuerunt (1). Operis denique a Bonaventura elucubrati ratio, occasio, excellentia, usus, ac novae, si quae erunt introducendae, partium et capitum dispositiones, titulorum mutationes, materiei accretiones vel diminutiones, nec non delectus editionum et manuscriptorum ad quos opus exigitur, et alia complura, quae nimis longum esset hic referre, praecedentia illa sequentur et declarabuntur in praefationibus uniuscujusque operis. Hinc fiet quod, omnia scitu digna, ad quodlibet singulare opus spectantia, ejus praefatio in titulos distincta plures continebit. Ita faciendum esse putamus, quia, cum alii aliis delectentur operibus vel ejusdem auctoris, quilibet in praefatione statim inveniet quidquid consulere voluerit circa opus quo delectatur. Modus iste omnem collectam materiam in praefationibus digerendi, nobis magis probatur, utpote qui fere omnibus utilior, quam si illam in duo volumina et plures distinctam libros ita distribueremus, ut ea quae singulare opus respiciunt, in illis singulis quaerenda forent. Quis enim, si paucos excipias eruditiores, totam illam materiam excurrere vellet, ad pauca quae sua interest perquirenda et addiscenda?

Quam ob causam, licet ad eamdem bibliothecam multi pertineant codices manuscriptorum operum S. Bonaventurae, et in eodem codice plura saepe sint opera ejusdem auctoris, nihilotamen secius tam codices quam opera dispescere cogimur, et suis quaeque praefationibus accensere. Toties tamen bibliotheca ad quam codex pertinet nominanda erit, quoties idem codex, plura opera Doctoris nostri continens, proferendus erit. Quamquam vero hujusmodi materiae dispositio praeferenda sit quia

(1) Id tamen intelligendum est de operibus quae materiam praebeant, qua omnes illae recensiones fieri possint.

pluribus utilior, suo tamen non caret incommodo, dum ob eam ignoretur quot codices et opera mss. a nobis recensiti vel citati, singulae bibliothecae possideant. Ut huic obviemus incommodo, editis omnibus operibus S. Bonaventurae, tabulam conficiemus omnium bibliothecarum ordine alphabetico, vel etiam juxta nationes ad quas illa pertinet digestam, in qua numerus vel signatura singulorum manuscriptorum quos in praefationibus recensuimus vel citavimus, nec non paginae quae illam continent recensionem ita indicabuntur, ut quisquis facile reperire possit quae ad singulas pertinet bibliothecas.

Hanc tabulam praecedet nova vita S. Bonaventurae augenda ex iis quae passim in praefationibus locum habuerint notiunculae novae, operumque et doctrinae rationes expositae, atque ex aliis sive editis sive anecdotis monumentis amplificanda: quae vita proinde veluti quaedam syntesis erit, scriptorum gestorumque Seraphici Doctoris. In re namque historica cum agitur de veritate, quae ignoratur, detegenda, deque vero a falso, dubiisque ab indubiis dignoscendis, syntesim analysis praecedat necesse est: analysis autem haec praefationibus continebitur. Uno tantum in casu novam vitam operum editioni praemittere optaremus, si scilicet ineditam atque satis completam, quam auctor aequalis vel suppar scripserit, inveniremus: cujus quidem inveniendae, vix aut nulla nobis spes est, cum, ut alias diximus, nemo nos docuerit ejusmodi vitam quemquam scriptorum aequalium, vel his proxime succedentium, descripsisse.

Tabulam bibliothecarum omnium, ad quas manuscripti codices in universa hac operum S. Bonaventurae collectione recensiti vel citati pertinent, indices plures sequentur, quorum postremus rerum omnium erit generalissimus et valde diffusus; ac demum conspectus seu ordo totius peractae editionis, huic finem imponet. Initium vero sumet, ut moris est, a literis dedicatoriis et generali praefatione, quas excipient acta Canonizationis S. Bonaventurae, et Prodromus ad ejusdem opera, a P. Benedicto Bo-

nelli elucubratus, atque a nobis notis augendus. Eumque iterum edimus, non modo eo titulo, quod Oudinum et Venetos editores refellat, verum etiam quia saepe a nobis idem aut citandus aut corrigendus erit in nostris singularium operum praefationibus. Quamobrem notas quas ei addemus, ejus plerumque naturae erunt, ut lectorem ad nostras remittant praefationes. Neque enim nobis possibile foret notis illum integre corrigere et additionibus complere, ob nimiam quam habemus digerendam materiam, quae jam bis Prodromi excedit molem; secus enim, ut rem magis expeditam, novum Prodromum ipsi conficeremus. Quam viam haud ineundam nobis esse jam observavimus, ut quisquis obvium habere possit in operis praefatione quidquid opus respicit, cujus studio et lectioni se addixerit.

Volumina opera complectentur in varias divisa classes, nimirum commentaria in sacram Scripturam, theologica, philosophica, concionalia, ascetica, liturgica, historica, etc., quorum ordo mutari poterit, pro numero et qualitate operum addendorum editis operibus Seraphici Doctoris. Quodlibet opus critica nota distinguetur sua, tum in se spectatum, tum in comparatione ad alia ejusdem S. Bonaventurae opera. Non enim semper idem gradus certitudinis, dubii, verisimilitudinis, suppositionis, in re historica obtineri potest, atque ideo neque in scriptis auctorum judicandis; sed varius pro pondere, qualitate ac numero argumentorum, quae pro vel contra militant. Sunt quippe apud criticos, qui nos praecesserunt, in operibus S. Bonaventurae censendis, quaedam certa, quaedam verisimilia, quaedam dubia, quaedam spuria, quae nobis, nova luce ex anecdotis monumentis praefulgente, certiora fiunt vel certissima, verisimiliora vel magis dubia, aut certius vel certissime spuria. His variis notis opera distinguere, ac simul alia ejusdem auctoris indicare, quorum respectu certiora, verisimiliora, aut magis dubia vel certius spuria essent, critici est, qui totis viribus prudens et aequus esse nititur; lectori vero, ad adaequatam de opera-

bus Seraphico Doctori adjudicatis sententiam dicendam, non inutile erit.

Hujus certe generis editionis volumina in folio esse deberent, sed utilitati, ad quam praecipue intendimus, et usui faciliori consulentes, ad formam quarti grandioris illa edere statuimus. Ad quam proinde reducenda sunt ex editis undecim volumina in folio, septem videlicet editionis Romanae, tria Supplementi, atque unum Prodromi Bonelliani; hisque addenda sunt anecdota germana a nobis reperta, et quae adhuc reperiemus, nec non et magna materiei quantitas in singularium operum praefationibus digerendae, ut supra exposuimus. Vix propterea dicere possumus, ad quot volumina excrescet editio nostra, praesertim cum alia adhuc lateant, quae forte in tabulariis nondum perquisitis reperiri possunt. Ad chartae nitorem et firmitatem quod attinet, ac typorum formam et elegantiam, nobis magnopere cordi erit, ut hac etiam in parte nova editio omnium votis satisfacere queat. Advocabimus praeterea in usum nostrum artis chemicae auxilium, ad exprimendam in editione quorumdam anecdotorum perfectissimam characterum, quibus exarata fuerunt, similitudinem, qua vel ipsi quibus ad bibliothecam in qua servantur accedere non licet, quolibet in posterum tempore, vel codicibus qui illa continent pereuntibus, eadem Bonaventurae a prima manu inscripta fuisse videre poterunt; qui vero sunt artis palaeographicae periti, et de characteris antiquitate judicare.

Tres menses antequam primum prodeat volumen, Taurinensis typographus, perillustris vir Petrus Eq. Marietti, literas dabit, quibus, quae sua interest, publice nuntiabit, ac nomina operi nostro emendo subscribentium pactis a se conditionibus recipiet.

Haec, quamvis aliquantulum fusius alicui viderentur, non omnia tamen sunt quae de operis nostri ratione dicenda forent. Multa enim sunt quae silentio praeterimus, eo quod jam dicta sufficere putamus ad ostendendum, omne studium operamque

a nobis impendi, quibus operam omnium Seraphici Doctoris editio, quovis sub respectu, absolutissima evadat, et omnia media a nobis adhiberi, quibus supposititia a certis, istaque a dubiis discriminentur, atque inedita quae supersunt e bibliothecarum latebris eruantur, atque excusso pulvere, una cum aliis in lucem proferantur. Quamquam sperare nobis licet, fore ut, quicumque sunt rei christianae amatores, i praesertim qui graviora colunt studia et qui venerandae antiquitatis perscrutantur monumenta, nostro huic labori ea qua possunt ratione favere velint.

PARS SECUNDA

IN QUA

DE QUIBUSDAM MANUSCRIPTIS OPERIBUS S. BONAVENTURAE AGITUR
EX IISQUE SPECIMINA VARIA EXHIBENTUR

CAPUT I.

S. Bonaventura celeberrimus ac praestantissimus concionator vel ex ipsius anecdotis iisque certis sermonibus ostenditur.

Praefatum titulum de celebratissima fama et sermocinandi summa praestantia, quibus aevo suo claruit Seraphicus Doctor, vix primoribus labiis attingere possumus. Partem itaque materiae indigestae, potius quam ordinatae, hic breviter perstringimus, eam integram et apte dispositam exhibituri, cum sermones S. Bonaventurae edemus.

Casimirus Oudinus agens de multitudine sermonum *de tempore et de Sanctis*, quos Romani editores, tomo tertio operum, S. Bonaventurae tribuerunt, sequentia protulit : « Mirum est « quomodo et quando tot sermones vel habere ad populum, vel « scribere Bonaventura potuerit . . . . . Venit Parisios junior et « imberbis, ut ibi philosophicis atque theologicis studiis operam « daret. Quo tempore sane ipsi tantum otii haud fuit, ut con-

« ciones ad populum haberet, cum serio atque assidue schola-
« sticis quaestionibus et controversiis cognoscendis studeret. Inde
« tantum in literis profecit scholasticis, ut decimo monachatus
« anno, qui septimus vel octavus studiorum scholasticorum fuit,
« in cathedra Parisiensi magistrali successerit Joanni de Ru-
« pella, viro ejusdem instituti doctissimo (1): tandemque *as-*
« *sumptus sit ad generalem praefecturam Ordinis post Joannem*
« *Parmensem, idque omnium suffragiis fratrum*. An autem habens
« universum Ordinem fratrum Minoritarum regendum, decla-
« mandis ad populum concionibus animum intenderet, valde
« dubium, imo impossibile videtur homini occupatissimo, qui
« novum Ordinem, multis infinitisque negotiis intricatum, vix
« plene cognoscere poterat (2) ».

Veneti editores, omnes prorsus editos sermones sub S. Bonaventurae nomine explodentes, Oudiniana repetunt argumenta, verbis tantum mutatis. « Jam satis constat, inquiunt, Bonaven-
« turam adulta aetate Minoritis nuncupasse se: tum septem in
« colendis studiis annos insumpsisse; demum Minorum cathe-
« dram partim inter septa, partim publice rexisse. Idque non
« solum, sed octo supra decem annos Ordinis clavum tenuisse;
« ac ita tenuisse, ut nihil otii nactus fuerit (3), » ad conciones e publico suggestu habendas.

Sentiunt itaque Veneti editores una cum Oudino, Bonaven-

(1) De ipso Bartholomaeus Pisanus, *Conformit.* VIII, par. 2, ait: *Frater Joannes de Rupella scripsit super Sententias, et famosissimus fuit doctor suo tempore.* Quotquot ego inveni ejusdem operum, in bibliothecis a me perlustratis, manuscriptos codices, vel recensui, vel ubi sint notavi. Inter multa quae scripsit, *Summa de anima* ab eo composita tot habet exempla manuscripta saeculi XIII et XIV, quot nullius alterius opus de anima tractans. Hinc liquet, hanc *Summam de anima* maximi habitam, praesertim saec. XIII et XIV, atque aliorum operibus de eodem subjecto agentibus praelatam fuisse. Dignissima sane esset, quae tandem, una cum ceteris ejusdem Rupellensis operibus, publica luce donaretur. Presbyteri duo Dioecesis Rupellensis, operam dederunt colligendis et transcribendis operibus Joannis nostri, qui, ob scientiam, Rupellensium decus agnoscitur praecipuum; sed quia illorum alter vita functus est antequam opus compleret, collectorum descriptorumque operum editio nondum prodiit.

(2) Comment. de Scriptoribus eccles. tom. 3, col. 399 et 400.

(3) In editione Venet. oper. S. Bonav. tom. 1, pag. 109 Diatribae.

turam conciones habuisse paucissimas, quia aliis jugiter negotiis occupatus, haud sibi otium fuerit ad multas scribendas, vel e suggestu recitandas. Sed ipsi debuissent potius inquirere, an Bonaventura ejusmodi non esset vir, qui, quamvis permultis distenderetur curis, non potuisset, longe facilius ac citius quam soleant homines ingenio mediocres, conciones parare: atque insuper probandum ipsis erat, quod omnino tempus ei defuerit ad multas scribendas non modo, verum etiam ad multas ex tempore habendas. Debuissent praeterea ostendere, quod nemo ex auditoribus Bonaventurae sermones ex tempore loquentis exceperit atque in membranas retulerit; et quod manuscripti codices extent nulli qui hujuscemodi conciones, quas reportatas vocant, complectantur. At de his argumentis, quae ad suam comprobandam sententiam plane necessaria erant, ne verbum quidem apud laudatos censores; qui propterea, summorum ingeniorum vires propriis vulgarium hominum aestimantes ac metientes, Bonaventuram, Doctorem Seraphicum, atque vel suo ipso quo vixit aevo *clarissimum in toto orbe habitum* (1), haud putaverunt in negotiis quibuscumque expediendis summa facilitate praestare, neque tanta eruditione et eloquentia pollere, ut, quod alii permulti ingenio et facundia inferiores fecerunt ac faciunt, facilius ipse et praestantius facere posset, conciones videlicet ex tempore habere permultas.

Verum levissimos fuisse Venetos editores et Oudinum ita sentientes, testes sunt omni exceptione majores, qui id evincunt.

Nam apud vetustum scriptorem Martinum Fuldensem Bonaventura laudatur *ceu vir magnae devotionis ac innocentiae, in vita et doctrina admodum gratiosus, sed praecipue in sermone* (2). Apud synchronum Labbeanum, ut *vir eminentis scientiae et elo-*

(1) Philippus Forestus Bergom. Ord. Eremitarum S. Augustini, in Supplemento Chronicor., impress. Venetiis an. 1506, lib. 13. fol. 317, ad annum 1268.

(2) In ejus Chronico apud Joannem Georgium Eccardum, in *Corpore historico medii aevi*, tom. 1, col. 1711 et seq.

quentiae extollitur (1). Apud coaevum Ptolomaeum Lucensem *egregius praedicator* audit (2). Apud alium aequalem Franciscum Fabrianensem *eloquentissimus et pulcherrimus sermocinator* (3) nuncupatur. Quo pacto elogia haec synchroni et veridici testes Bonaventurae tribuissent, nisi saepe ac pluribus in locis e publico suggestu perorans auditus fuisset? Quinimo frequentissime eum conciones habere consuevisse, omnibusque adornatum muneribus, quibus praestantissimi concionatores censentur, et ad eos qui nunquam ipsum viderant nec audierant, fama pertulit. Audiamus hac super re Henricum de Isernia ipso *domino fratri Bonaventurae Albanensi episcopo* scribentem: « Licet « ex contubernio familiaritatis domesticae et assiduo sermonis « intercalaris alloquio, quae humanarum consueverunt mentium « detegere qualitatem, de vobis mihi nulla notitia praebeatur; « quia tamen ex veridicis praeconantis famae relatibus, quae « longe lateque serenis clarificat titulis, nomen vestrum nosco, « et sentio qualis et quantus estis, dignum fore censui *etc.*

« Quia tria sunt tantummodo, quae, cum in aliquem trans- « fusa fuerint, ipsum gratum statuunt et ad cumulum perfe- « ctionis adducunt, membrorum commensuratio scilicet, vox et « gestus, quae profecto, etsi raro partem conveniant in eamdem, « et raro in aliis valeant inveniri; in vos tamen, quodam ger- « manitatis foedere sociata se taliter transfuderunt, ut mirer « admodum et stupescam de tanto miraculo novitatis.

« Nam cum anima, juxta divini Platonis sententiam, corpori « copulata, quod discit, velut immemor recordetur, nec recolere « valeat commode, nisi bene proportionato juncta fuerit orga- « nico instrumento; quod vos jam in armario thesaurizavistis « memoriae incomparabilem scientiae margaritam, claret evi- « dentissime, quod sub mensurationis libramine stateratae, ju-

(1) Tom. 14 Concilior. col. 500 edit. Coletanae.

(2) Apud Murator. *Rerum Italicarum Scriptores*, tom. xi, col. 1288, edit. Mediolani 1727.

(3) In Mss. Chronicis Fabrianensibus, fol. 9.

« staeque proportionis moderamine, membra vestra compegit « digitus polientis. Hinc est, quod scitis rationis aequilibrio se- « cernere falsitatis inania a rectitudine veritatis. Hinc est, quod « per ingenialis virtutis potentiam, in profunda quaeque mentis « figentes intuitum, secreta penitiora rimamini Scripturarum. « Hinc est, quod, funesta vitiorum tabe in exilium relegata, « solis vos virtutibus dedicatis. Hinc est, quod, evitantes honoris « fastigia, erectus estis in apicem cardineae dignitatis, cogente « praeeminentia cathedrae pastoralis.

« Quod vox etiam, per quam leporem eloquentiae intelligere « philosophi voluerunt, linguam vestram suis dotaverit do- « nariis et ditarit, est similiter manifestum. Nam orationum « vestrarum congeries, aureis verborum phaleris trabeata, quasi « quibusdam sideribus stellata refulget, et praedicationem ve- « stram sic lepido sententiarum succo perfunditis, sic facundo « rationum nectare foecundatis, ut et auditum permulceat et « animo eblandiatur.

« In gestu quoque, qui totus in moderatione consistit, « quem perdulcis rhetorica multis afflat honoribus et extollit, « qui venustam confert animo comitatem, ex praelibatis eli- « citur quod satis discrete vos geritis et honeste. Quia non « est credibile, nec congrueret rationi, quod vos, cujus pectoris « thalamus est tantae prudentiae monilibus exornatus, qui, « circumscriptae habenis modestiae refraenans humanae fragi- « litatis excessum, sui aurigat et dirigit animum possessoris, « vir gestu essetis injurius, vel in suae temperantiae regula « valeretis anomalus reperiri. Quin potius in gestis et gestibus « circumspectus, placidus estis alloquio, blandus visu, et quod « est laudabilius, in potestate humilis, quae humiles persae- « pius in quadam elationis ventositate turgefacere consuevit. « Quid igitur?... Sic estis gratiarum muneribus mirifice sere- « natus, ut nihil vobis a natura sit penitus denegatum, quae

« vix aut raro in aliquem consuevit congerere suarum dotium « donativa (1). »

Haud igitur paucas, sed permultas conciones Bonaventuram habuisse, audivit, ac forte etiam *orationum congeriem*, ab aliis ex ore dicentis exceptarum, ipsemet vidit et attente consideravit Henricus de Isernia, antequam congeriem illam diceret *aureis verborum phaleris trabeatam, quasi quibusdam sideribus stellatam refulgere, atque praedicationem suam* Bonaventuram *sic lepido sententiarum succo perfundere, sic facundo rationum nectare foecundare, ut et auditum permulceret et animo eblandiretur*. Quidni permultas conciones Bonaventura habuisset, vel aliis occupatus negotiis, et quandoque vel etiam invitus, cui nihil penitus a natura denegatum fuit, qui concionando auditum permulcebat et animo eblandiebatur, qui denique omnia in se uno habebat quae praestantissimum efficerent oratorem? Quidni Bonaventuram *eloquentissimum, mirabilem in intellectu sacrae paginae ac totius sacrae theologiae, pulcherrimum sermocinatorem ad clerum et praedicatorem ad populum* (2), quamvis innumeris latissimi Ordinis regendi distentum curis, preces et instantiae populorum ac utriusque cleri ad saepissime concionandum adegissent? Quidni hujuscemodi preces et instantiae locum habuissent apud Bonaventuram, *moribus excellentissimis decoratum, benignum, affabilem, pium, misericordem, virtutibus plenum, Deo et hominibus dilectum* (3), qui *tantae erat humilitatis et gratiae ut ab omnibus amaretur* (4), quemque vel videre sufficiebat, ut quisque *ipsius amore incontinenti caperetur ex corde* (5)? Quinimo, his positis, quae synchroni tradunt auctores, mirum profecto utrumque foret et explicatu difficile, vel si populi et

(1) Confer Prodromum col. 57.
(2) Coaevus Franciscus Fabrianensis in Chronico alibi laudato.
(3) Aequalis scriptor Labbeanus. tom. 14 Concilior. editionis Coletanae, col. 500.
(4) Chronica vigintiquatuor Generalium Ministrorum Ordinis S. Francisci.
(5) Scriptor Labbeanus, ibid.

cleri ubique gentium non institissent, ut Bonaventuram quam saepius praedicantem audirent, vel si Bonaventura, quamvis infinitis negotiis implicatus, illorum precibus non cessisset. Quamobrem ut veritate plenum admitto, quod scriptor coaevus de Bonaventura concionante testatus est, quod scilicet tam pulcher erat *sermocinator ad clerum et praedicator ad populum*, ut *in ejus praesentia ubique terrarum omnis lingua sileret* (1): atque recte tradidisse sentio Marianum Florentinum inquientem, quod *Bonaventura Minister Generalis, non obstante officii pondere, quod egregie quidem persequebatur, semper praedicando, legendo et libros scribendo se occupabat* (2). Quibusnam igitur ex auditis testibus fidem praestabis lector? an consonis auctoribus coaevis, Bonaventuram comprobantibus ubique et semper concionibus habendis intentum, vel Oudino et Venetis editoribus post quinque ferme saecula ab illius morte hariolantibus, eum nihil otii nactum fuisse ad conciones scribendas, vel nonnisi paucas habere potuisse?

Quamquam vero ex allatis testimoniis luce meridiana clarius fiat, maximam concionum multitudinem habuisse S. Bonaventuram, hinc tamen non sequitur, eas omnes quas habuit scripsisse; imo nullas forte ipsius manu integre scriptas, nos producturi erimus in lucem, vel certe paucas, cum ipse praedicator fuerit extemporaneus. Nec etiam ex eo quod multas ex tempore habuerit, multas pariter ex ejus ore exceptas atque olim servatas fuisse, vel etiam nunc extare, dicendum est. Ut igitur conciones multas ab eo habitas, extitisse dicamus, adstruendum superest, quod auditores ex ore ipsius dicentis collegerint multas atque in tabulas retulerint. Certe supra laudatus Henricus ab Isernia, de congerie orationum S. Bonaventurae ita loquitur, quasi eas ab aliis reportatas legisse videatur. Chronica etiam vigintiquatuor

(1) Synchronus testis Franciscus Fabrianensis.
(2) In fasciculo Chronicorum Ordin. Minor., lib. 2, cap. 25.

Generalium Ministrorum Ordinis Minorum nos docet, collationes, quas S. Bonaventura Parisiis habuit super primum capitulum Genesis, reportatas fuisse ab auditoribus. Quod vero non paucae, sed quam plurimae conciones ex ejus ore exceptae fuerint, testis est locupletissimus fr. Salimbene Parmensis, qui, in Chronica sua ad an. 1248, de fr. Marco de Montefeltro amico suo et S. Bonaventurae socio verba faciens, ait: *Fr. Marcus omnes sermones fratris Bonaventurae scribebat et habere volebat* (1). Quod fecit fr. Marcus, per omne saltem illud temporis spatium, quo S. Bonaventura Generalis Minister fuit, cujus ille socius erat, alii plures tum ante, tum post quam Bonaventura Minoritarum Ordini regendo praeficeretur, idem facere potuerunt. Ac si adnimadvertas quod testes coaevi, alibi laudati, memoriae prodiderunt, Bonaventuram scilicet ab omnibus dilectum, ejusque verba et monita libenter recepta fuisse, haud longius a vero abieris, si existimaveris, omnes pene conciones ab ipso habitas, ab aliquo vel pluribus audientium reportatas fuisse. Ea ipsa denique multitudo sermonum, sive editorum, sive anecdotorum eidem tributa, satis innuit traditum fuisse, et magnam orationum multitudinem Bonaventuram habuisse, item-

(1) Pag. 136 citatae Chronicae primum editae an. 1857 Parmae ex officina Petri Fiaccadori. Ex eadem pag. 135 et 136 sequentia affero ut rem de qua ago respicientia: " Isti sunt socii quos habuit frater Joannes de Parma quando fuit Generalis Minister. Primus fuit frater Marcus de Montefeltro, honestus homo et sanctus, qui longo tempore vixit: et fuit socius fratris Crescentii, fratris Joannis de Parma et fratris Bonaventurae..... Item frater Marcus fuit Minister Provincialis in Marchia Anconitana, et laudabiliter se habuit ibi. Item bonus dictator fuit, et velox, et intelligibilis; et pro labore, quem sustinuit associando Generales Ministros et scribendo eis literas, promeruit sibi, et in quodam generali capitulo obtinuit, quod quilibet sacerdos Ordinis, post decessum suum, diceret pro anima sua unam Missam de mortuis...., Hic fuit meus specialis amicus; et Generalem Ministrum fratrem Bonaventuram in tantum dilexit, quod post mortem ejus quando recordabatur magnae literaturae ipsius et omnium gratiarum quas habebat, ex quadam dulcedine erumpebat in lacrymas. Item quando frater Bonaventura Generalis Minister clero praedicare debebat, ibat ad eum frater Marcus et sibi dicebat: Tu es quidam mercenarius, et, alia vice, quando praedicasti, nescivisti quod diceres; sed spero quod non facies modo. Hoc autem ideo frater Marcus dicebat, ut eum ad melius dicendum provocaret: et tamen frater Marcus omnes sermones fratris Bonaventurae scribebat et habere volebat. Gaudebat autem frater Bonaventura quando frater Marcus ei dicebat convicia, propter quinque. Primo, quia homo erat benignus et patiens; secundo, quia in hoc imitabatur beatum patrem Franciscum; tertio, quia constabat sibi, quod eum intime diligebat; quarto, quia habebat occasionem vitandi vanam gloriam; quinto, quia habebat occasionem melius praevidendi. "

que magnam ab audientibus in tabulas relatam; uti etiam fama longe lateque diffusa, quod magnam ipsemet Bonaventura librorum silvam confecerit, causa esse potuit, cur librarii et aliena eidem inscripserint, germanos ejusdem foetus prae manibus non habentes, vel ignorantes, aut similitudine aliqua cum germanis, de quibus fama loquebatur, decepti, vel tandem verisimilius judicantes.

Verum quod permultae conciones ex ore ipsius dicentis ex tempore collectae fuerint atque in membranas relatae, haud probat ex iisdem multas adhuc servari sive editas sive anecdotas. Quod nunc ut probemus, ad codices provocamus, atque sic specimina dare incipimus eorum, qui a nobis inventi fuerunt, codicum manuscriptorum.

Collationes S. Bonaventurae in caput primum Geneseos, quae in editione Romana *Illuminationes Ecclesiae* audiunt, seu *Expositio in Hexaemeron*, ad spuria ablegant Oudinus, Veneti editores, atque ipsemet P. Joannes Hyacinthus Sbaralea. Certas habet eas P. Bonelli, ac merito; nos autem certiores adhuc reddimus, quia manuscriptis Italicis ab eo indicatis alios reperimus addendos, nimirum Germanicos et Gallicos.

Sermones de decem praeceptis, ut suppositiitios et fabulosos explodunt Veneti editores cum Oudino, atque una cum eo restituendos autumant auctori saeculi xv, nempe Godschalco Hollen, Germano, Ordinis Eremitarum S. Augustini: sed nos praeter momenta et monumenta, quibus P. Joannes Hyacinthus Sbaralea et P. Benedictus Bonelli praedictos sermones S. Bonaventurae vindicant, codices habemus permultos qui certitudinem maxime adaugent, inter quos saeculi xiii plures, atque ex hisce postremis unum vivente S. Bonaventura exaratum, anno videlicet 1267, eidemque inscriptum manu prima. En quomodo tempus tandem ac labor inquisitionis intemperantiorem criticam Oudini et Venetorum editorum demoliuntur; ipsis namque asserentibus auctorem *Sermonum de decem praeceptis* sub S. Bo-

naventurae nomine editorum saeculo XV vixisse, codices manuscriptos saec. XIII objicimus: jactantibus vero, Godschalcum Hollen Ord. Eremitarum S. Augustini, saeculo XV vitam ducentem, eorumdem fuisse auctorem, codices multos ipso Hollen antiquiores, aliosque Bonaventurae Ordinis Minorum coevos, eidemque praenotatos, opponemus.

SERMONES DE SEPTEM DONIS SPIRITUS SANCTI (non opus quod eodem titulo in editione Vaticana inscribitur, quodque certum putant Veneti editores, Oudinus autem, Sbaralea et Bonellus suppositititium habent), quos detexit P. Sbaralea in pervetusto codice Asisiensi cum inscriptione: *Septem dona Spiritus Sancti praedicata a Bonaventura*, sunt certo legitimi. Primum eos edidit P. Benedictus Bonelli in Supplemento, ad normam et auctoritatem ejusdem unius codicis Asisiensis. Ego autem alios reperi eorumdem sermonum manuscriptos codices in Gallia et in Anglia, qui toties unico illi Asisiensi manuscripto auctoritatem augent, certioresque reddunt jam editos ad ipsius normam sermones, quot sunt adjungendi codices; quos inter unus est Bonaventurae aequalis, vel certe ab ejus obitu parum distans, cum ex forma characteris palaeographus quisque ante finem saeculi XIII exaratum judicabit.

Hos itaque sermones, *in caput primum Geneseos, de decem praeceptis*, ac *de septem donis Spiritus Sancti*, nullum omnino dubium esse potest apud homines sanae mentis Bonaventuram habuisse, et cum manuscriptos in variis codicibus, tum etiam editos servari. De aliis sermonibus qui habentur in editione Romana et in Supplemento, nolo hic quaestionem instituere, quia, ut admonui, neque primoribus labiis materiam hanc adeo magnam de sermonibus S. Bonaventurae hic delibare possum, cum de ipsa fuse et ordinate acturus sim in nova editione. Gradum itaque faciamus ad anecdotos sermones, eosque certissimos, de quibus tamen omnibus nec obiter loqui licet.

Codex unus, Italicus, anecdotos sermones S. Bonaventurae et

iorum continens, latius ostendit atque confirmat ea quae jam
ıperius protulimus de celebratissima fama concionatoris prae-
antissimi quam ubique terrarum Seraphicus Doctor obtinuit,
eque multitudine sermonum quos, aliis licet permultis negotiis
:cupatus, e publico suggestu recitavit, atque etiam de maxima
viditate qua hominum genus quodlibet eum concionantem audire
ıperet, deque precibus, quibus, vel cum tempus forte, aut volun-
ıs, aut corporis dispositio deessent, ad saepissime concionandum
evinciebatur. In eo namque uno codice plures occurrunt sermo-
ıes, ad petitionem et preces aliorum habiti; permulti vero sunt
uos, nisi obsecratus, non habuisset. Qui vero eum obsecrabant, ut
suggestu perorantem audirent, haud homines erant tantummodo
vulgares, sed ipsi monachi, ipsi clerici, ipsi concionatores, ipsi
ui a praedicationis munere Fratres Praedicatores vocantur, ipsi
principum consiliarii et administri, ipsi reges et regum filii et
familiae, ipsi Episcopi et Cardinales, atque Romani ipsi Ponti-
fices Summi, ipsi S. Bonaventurae socii ac in theologia magistri,
viri doctissimi atque famosissimi, ipsae florentissimae ac cele-
berrimae Universitates, ipsi denique Conciliorum patres prae-
stantissimi. Loca, tempora, personas coram quibus sermones
habuit, aliasque rerum circumstantias in eo uno codice adno-
tatas si animadverteris, Bonaventuram videbis ubique et semper
ad concionandum paratissimum, et egregie cuilibet hominum coe-
tui et conditioni sermonem suum aptare scivisse, videlicet clero et
populo, monachis et monialibus, rudibus et doctissimis, magi-
stris et scholaribus, fratribus Praedicatoribus et Minoribus, Clu-
niacensibus et Carthusiensibus, Canonicis regularibus et saeculari-
bus, magistratibus et Episcopis, Universitatibus et Synodis, rerum
publicarum administris et Ecclesiae universalis Cardinalibus:
consuetumque ei fuisse aequo animo conciones habere in humili-
ous fratrum Minorum claustris ac in aula regali, tam in capitulis
nonachorum quam in provincialibus conciliis, tam in Concisto-
iis coram Summo Pontifice quam in oecumenicis Ecclesiae con-

ventibus, tam in parvis ecclesiis quam in magnis cathedralibus, qualibet festivitate vel die, ac pluries eadem die, vel ipso etiam recreationis tempore et pro recreatione. Idque non tantum una in regione, sed in plurimis, iisque dissitis, atque in perillustribus Italiae praesertim et Galliae urbibus et aliquando etiam Germaniae et Hispaniae. Diceres profecto, laudati codicis rubricas inferius positas percurrendo, quodlibet hominum genus ubique terrarum a Bonaventura, quavis pertranseunte seu itinerante vel commorante, et licet semper gravissimis occupato negotiis, tributum summae eloquentiae suae, eruditionis immensae et ardentissimae, qua ejus verba aestuabant, caritatis, sibi persolvi poposcisse: ipsum vero, semper et ubique ad solvendum paratissimum, omnibus et ubique solvisse. Ac dein si perpenderis, S. Bonaventurae aevo quamplurimos floruisse praestantissimos concionatores, ad duos maxime Minorum et Praedicatorum Ordines pertinentes, qui fama suae praedicationis et doctrinae mundum repleverant, haud anceps animo eris, tecum reputando, Bonaventuram inter praestantiores et celebriores sui aevi praedicatores celeberrimum fuisse atque praestantissimum. Hinc etiam Bonaventuram factum puto universo orbi notissimum, ac *tantae auctoritatis, ut orbis eum clamaret summo dignissimum praesulatu* (1).

Quis itaque non admirabitur vehementer summum Bonaventurae ingenium, ac pro miraculo non habebit, quod, quamvis semper lectionibus habendis vel Ordini regendo et libris scribendis esset intentus, semper tamen et ubique praedicando vacaret? Quis unquam in posterum, vel lectis tantum sequentibus unius codicis rubricis, tantum desipiet, ut velit summorum ingeniorum vires et dona sive gratiae sive naturae, quibus afflue-

(1) Scriptor aequalis Bernardus de Bessa in anecdota Chronica de beato Francisco et sociis ejus, cujus Chronicae manuscriptae plura exempla in bibliothecis inspexi. — Anonymus quidam Carthusiensis (apud Martenii *Ampliss. Collect. veterum scriptor.*, tom. 6, col. 71, edit. Paris. 1729) memoriae prodidit, quod *Bonaventura fuisset Papa, omnium judicio, si vixisset.*

bant, propriis vulgarium hominum recensere et metiri? Pudeat idcirco Oudinum effutiisse, non satis otii Bonaventuram habuisse ad tot conciones habendas, quot ei Romani editores tribuerunt. Pudeat quoque Venetos editores dicere ausos, nihil otii nactum fuisse Bonaventuram ad sermones e publico suggestu recitandos. Quandoquidem si idem qui sermones *de tempore et de festivitatibus*, in hoc uno codice contentos, ex ore Bonaventurae dicentis excepit, alios etiam quos *de sanctis et de communi Sanctorum*, et de aliis materiis quamplurimis et diversis habuit, pariter excepisset et in membranas retulisset, tot profecto haberemus sermones S. Bonaventurae germanos, quot saltem ter, nisi forte quater vel quinquies, eos numero excederent, qui in Romana habentur editione. Sed ne pluribus lectorem detineam, rubricas sermonum, atque initium et finem testimoniorum sacrae Scripturae, quibus illi incipiunt, ejus sub oculos pono in capite sequenti. Moneo autem singulas rubricas singulis sermonibus in codice praeponi, iisque numeros ordinis, quibus distinguuntur et numerantur, a nobis additos fuisse. Cetera, praeter titulum capitis et aliquas notulas ad calcem subjectas, ipsum codicem fideliter referunt.

CAPUT II.

Rubricae

Sermonum ineditorum Seraphici Doctoris S. BONAVENTURAE in quodam mss. Codice Italico contentorum.

1. Sermo fratris Bonaventurae coram rege Franciae, in palatio extra Parisius apud nemus, in prima dominica de Adventu ante Natale. — *Ecce odor filii m..... benedixit Dominus.*
2. Item sermo fratris Bonaventurae, eadem die, coram regina Franciae et filia ejus regina Navarriae. — *Quasi cedrus... frondibus nemorosa.*
3. Sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram Universitate studentium, in domo Praedicatorum, tempore Adventus, dominica prima. — *Venite ascendamus ad..... domum Dei Jacob.*
4. Sermo fratris Bonaventurae, prima dominica de Adventu, in conventu fratrum Montispessulani, coram fratribus tantum, quem fecit rogatus in die sanctae Agathae, quia fratres communicare debebant. — *Qui timent D..... sanctificabunt animas suas.*
5. Item sermo fratris Bonaventurae, prima Dominica de Adventu, coram Universitate in Montepessulano. — *Vidi et ecce nub..... similem filio hominis.*
6. Item sermo fratris Bonaventurae, prima dominica de Adventu, in domo Praedicatorum, coram fratribus, in Montepessulano, in capitulo. — *Germinet terra.... juxta genus suum.*

7. Sermo fratris Bonaventurae, editus in Lugduno, ad populum, prima dominica de Adventu.— *Erunt signa in s. e. luna etc.*

8. Item summaria intentio evangelii secundum Lucam, quod legitur prima Dominica de Adventu secundum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae, et praedicavit eam sic decurrendo evangelium illud frater Bonaventura, coram rege Franciae ad petitionem ipsius. — *Erunt inquit signa etc.*

9. Item sermo fratris Bonaventurae de eadem dominica, factus in capella domini regis, Parisius, coram rege et familia. — *Erunt signa in s. et l. et stellis.*

10. Item sermo fratris Bonaventurae, factus Lugduni in choro majoris ecclesiae, coram clericis et canonicis Lugduni, in eadem ecclesia. — *Erunt signa* (in) *sole, luna et stellis.*

11. Item sermo fratris Bonaventurae, editus prima dominica de Adventu, cum esset Cardinalis, praesente Papa Gregorio X et multis Cardinalibus et tota Curia, ad missam. — *Dominus dabit benignitatem . . . . . fructum suum.*

12. Item sermo fratris Bonaventurae, factus in domo Praedicatorum, Parisius, coram Universitate. — *Dicite filiae S..... mansuetus.*

13. Item sermo fratris Bonaventurae de eadem dominica, factus in eadem domo Praedicatorum, Parisius, coram Universitate. — *Benedictus qui v. i. nomine Domini.*

14. Item sermo Bonaventurae, prima dominica de Adventu, editus in conventu fratrum Minorum, Parisius, in capitulo. — *Respicite et levate cap.... redemptio vestra.*

15. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in conventu Lugdunensi coram fratribus in capitulo, prima dominica de Adventu. — *Scitote quia prope est regnum Dei.*

16. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in sancto Dionysio de Parisiis, prima dominica de Adventu, coram toto monasterio, in capitulo monachorum. — *Videbunt filium ho. . . et majestate.*

17. Item sermo fratris Thomae de Aquino, editus eadem dominica in domo Praedicatorum, Parisius, coram Universitate Parisiensi. — *Coelum et terra transibunt.*

18. Item alius sermo fratris Guillielmi magistri, editus Lugduni, eadem dominica, in domo fratrum, praesente Curia Romana. — *Coelum et terra transibunt.*

19. Item sermo fratris Guillielmi de Vaglon magistri, editus de eadem dominica, in conventu Parisiensi fratrum Minorum. — *Coelum et terra transibunt.*

20. Item sermo fratris Bonaventurae, editus prima dominica de Adventu, in domo Praedicatorum, Parisius, coram Universitate. — *Coelum et terra trans . . . non transient.*

21. Item sermo fratris Eustachii magistri, editus apud Sanctum Clodoveum, monasterium sanctae Clarae, Parisiis, eadem dominica, praesente rege Franciae, coram monialibus. — *Videte ficulneam et omn..... prope est regnum Dei.*

22. Item sermo fratris Guillielmi de Lignac magistri, Parisius, in conventu Aurelianensi, coram Universitate ejusdem loci. — *Scientes quia hora e . . . de somno surgere.*

23. Item sermo fratris Bonaventurae, editus eadem dominica, in conventu fratrum de Neapoli, coram fratribus omnibus. — *Nunc propior est... cum credidimus.*

24. Item sermo fratris Petri de Tarantasia magistri, editus Parisius in capella reginae, prima dominica de Adventu, coram regina Franciae. — *Sicut in die honeste ambulemus.*

25. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Asisii coram fratribus in capitulo, prima dominica de Adventu. — *Induimus Dominum nostrum J. C.*

26. Item sermo fratris Thomae de Aquino, editus eadem dominica in domo Praedicatorum Bononi, coram Universitate. — *Abjiciamus opera ten . . . arma lucis.*

7. Dominica secunda de Adventu, sermo fratris Bonaventurae editus Parisius, in conventu fratrum Praedicatorum, coram Universitate Parisiensi. — *Si inveni grat... faciem tuam.*

8. Item sermo fratris Joannis de Celano, editus Bononiae coram Universitate, eadem dominica secunda, cui similem postea et sententia fecit frater Eustachius magister, Parisius, in domo Praedicatorum, coram Universitate. — *Veniat dilectus meus . . . pomorum suorum.*

9. Item sermo fratris Guillielmi de Ligniaco magistri, editus coram rege et familia in capella, Parisiis, eadem secunda dominica. — *Veniet desideratus cunct . . . domus Domini.*

0. Item sermo fratris Bonaventurae, editus eadem dominica secunda in conventu fratrum de Colonia, editus in capitulo. — *Veni Domine Jesu.*

1. Sermo fratris Bonaventurae, editus secunda dominica de Adventu in ecclesia cathedrali Lugduni, coram clero et populo. — *Cum audisset Joan. in . . . an alium expectamus.*

2. Item sermo fratris Eustachii magistri, editus in conventu Attrabatensi, coram populo et clero, similiter secunda dominica de Adventu. — *Tu es qui ventur... alium expectamus.*

3. Item sermo fratris Raymundi magistri de Ordine Praedicatorum, editus, de hac secunda dominica, in conventu Parisiis, ad collationem, dictis vesperis, coram clero. — *Beatus est qui... scandolezatus in me.*

4. Item sermo fratris Thomae de Aquino, editus Mediolani, coram clero et populo civitatis. — *Ecce ego mitto ang... faciem tuam.*

5. Item sermo fratris Guillielmi de Lamara, editus in conventu Lingonensi Angliae, coram clericis. — *Erit radix Jesse . . . gentes sperabunt.*

6. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Parisius eadem dominica secunda de Adventu, coram fratribus omnibus, in capitulo, de mane. — *Erit radix Jesse... gentes sperabunt.*

37. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram Universitate, secunda dominica de Adventu, prolatus. — *Quaecumque scripta s.... scripta sunt.*

38. Item sermo magistri Roberti de Villiaco in conventu Rotomagensi, dominica secunda de Adventu. — *Suscipite invicem sicut... in honorem Dei.*

39. Item, sermo fratris Bonaventurae in conventu Lugduni, editus in capitulo coram (?), eadem dominica in mane. — *Deus autem spei repl... et virtute Spiritus sancti.*

40. Dominica secunda de Adventu, sermo fratris Bonaventurae, quem explicavit ad petitionem reginae Franciae in illa die. — *Cum audisset Jo.... opera Christi.*

41. Item dominica tertia de Adventu, sermo fratris Eustachii magistri, Parisius editus, coram rege et filiis.. — *Facies mea praecedet... dabo tibi.*

42. Item sermo fratris Joannis de Ruppella magistri, in domo fratrum Praedicatorum de Lugduno, praesente Curia Romana. — *Ostende faciem tuam, et salvi erimus.*

43. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Lugduni in domo Praedicatorum, praesente Curia Romana ibidem. — *Lignum vitae desiderium veniens.*

44. Item sermo fratris Humberti magistri ordinis Praedicatorum, in conventu Bononiae, coram fratribus in capitulo. — *Praeparare Israel . . . Dei tui.*

45. Item sermo fratris Bonaventurae, editus tertia dominica de Adventu, Lugduni, coram fratribus, in capitulo, de mane. — *Ego vox clamantis in deserto.*

46. Item sermo fratris Bonaventurae, editus eadem tertia dominica in conventu Viterbiensi, praesente Curia Romana ibidem. — *Ego vox clam.... viam Domini.*

47. Item sermo fratris Bonaventurae, editus coram fratribus Viterbii, vacante Sede, ibidem, post Clementem IV. — *Ego vox clamantis in deserto.*

48. Item sermo fratris Bonaventurae, editus eadem dominica tertia de Adventu, Parisius, coram fratribus, in capitulo. — *Dirigite viam Domini.*

49. Item sermo fratris Eustachii magistri editus, eadem dominica, coram rege, Parisius. — *Dirigete viam Dom. sic. dic. Isaias propheta.*

50. Item sermo fratris Bonaventurae, editus eadem dominica tertia, Lugduni, in ecclesia sancti Nicecii, coram populo et clero. — *Ego baptizo in aq..... quem vos nescitis.*

51. Item sermo fratris Humberti ordinis Praedicatorum, editus in Montepessulano, coram omnibus. — *Gaudete in Domino semper.*

52. Item sermo fratris Petri de Tarentasia magistri, editus in quadam collatione in domo Praedicatorum Parisiis, de sero, tertia dominica de Adventu. — *Gaudete in Domino..... dico gaudete.*

53. Item sermo fratris Bonaventurae, editus coram rege Franciae et tota familia. — *Et pax Dei quae ex... intelligentias vestras.*

54. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Asisii, apud sanctam Claram, dominica tertia de Adventu. — *Modestia vestra not.... hominibus.*

55. Item sermo fratris Petri magistri, in conventu Lugdunensi fratrum Praedicatorum, praesente Romana Curia. — *Dominus prope est.*

56. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Mediolani, in capitulo coram fratribus, et post prandium explanatus coram omni populo. — *Dominus prope est.*

57. Item sermo Bonaventurae, editus Parisius, coram fratribus in capitulo, de mane, et post prandium explanatus coram rege et familia. — *Pax Dei quae exup.... intelligentias vestras.*

58. Summaria intentio evangelii hujus tertiae dominicae Adventus, quem frater Bonaventura sic, ad petitionem reginae Navarriae, explicavit. — *Miserunt Judaei a Hierosolymis* etc.

59. Dominica quarta de Adventu, sermo fratris Bonaventurae, editus in sancto Dyonisio Parisius, coram conventu et aliis multis. — *Anno quintodecimo imp..... filium in deserto.*

60. . . . . (1).—*Factum est verbum Domini... in deserto.*

61. Item sermo fratris Eustachii magistri, editus ad populum, in conventu Attrabatensi. — *Parate viam Domini.*

62. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Parisius in capitulo coram fratribus, dominica quarta de Adventu, in mane. — *Omnis vallis impleb..... humiliabitur.*

63. Item sermo fratris Bonaventurae, coram fratribus Praedicatoribus, in conventu Lugduni, in capitulo. — *Gaudete in Dom.... dico gaudete.*

64. Item sermo fratris Bonaventurae, factus in domo Praedicatorum, quarta dominica de Adventu, coram Universitate. — *Videbit omnis caro salutare Dei.*

65. Item sermo fratris Bonaventurae eadem dominica quarta, editus in conventu Lugdunensi, coram populo, praesente ibidem Curia Romana. — *Videbit omnis caro salutare Dei.*

66. Item sermo fratris Bonaventurae, editus coram rege et familia Parisius, in palatio regali. — *Videbit omnis caro salutare Dei.*

67. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Viterbii in domo Praedicatorum, coram fratribus in capitulo. — *Videbit omnis caro salutare Dei.*

68. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in conventu Aurelianensi fratrum Praedicatorum, in capitulo. — *Videbit omnis caro salutare Dei.*

(1) Deest rubrica, ac etiam spatium pro rubricatore.

69. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Asisii, in domo fratrum, coram Praedicatoribus et Minoribus. — *Videbit omnis caro salutare Dei.*

70. Item sermo fratris Bonaventurae, factus in Urbeveteri, coram domino Papa Urbano et Cardinalibus, in aula episcopatus illius. — *Sic nos existimet ho..... mysteriorum Dei.*

71. Item sermo fratris Bonaventurae, factus Perusiae in Consistorio, coram domino Papa Clemente et Cardinalibus, in aula episcopatus illius. — *Sic nos existimet ho.... mysteriorum Dei.*

72. Item sermo fratris Bonaventurae, factus Remis in Synodo metropolis illius, coram omnibus Praelatis provinciae congregatis ibidem. — *Sic nos existimet ho.... mysteriorum Dei.*

73. . . . . (1). — *In omnibus exhibeamus.... Dei ministros.*

74. Item sermo fratris Bonaventurae, editus coram fratribus Parisius, in capitulo, dominica quarta de Adventu, in mane. — *Sic nos existimet ho..... mysteriorum Dei.*

75. Item sermo fratris Bonaventurae coram fratribus, apud Asisium. — *Mihi autem pro min. est.... ab humana die.*

76. Item sermo fratris Petri de Tarentasia magistri, in conventu Praedicatorum, Lugduni. — *Nolite itaque an.... judicare.*

77. Item sermo fratris Petri de Tarentasia magistri, in Synodo metropolitana provinciae Lugduni, coram omnibus Praelatis illius provinciae. — *Quaeritur inter disp..... quis inveniatur.*

78. Summaria intentio evangelii hujus quartae dominicae secundum Bonaventuram. — *Anno quintodecimo* etc.

79. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in vigilia Nativitatis Domini, coram rege Franciae, et consiliariis, et familia tota, in palatio regali, Parisius. — *Nascetur vobis parvul..... Deus fortis.*

(1) Deest rubrica.

80. Summaria intentio evangelii vigiliae Nativitatis, quam frater Bonaventura coram rege Francorum explicavit, ad petitionem ejus, quando vigilia venit in dominica. — *Cum esset desponsata* etc.

81. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in vigilia Nativitatis Domini, coram fratribus apud Asisium, in capitulo, de mane, post missam. — *Dominus dabit benig... fructum suum.*

82. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Lugduni in capitulo, coram fratribus, de mane, in vigilia Nativitatis. — *Terra nostra dedit fructum suum.*

83. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in vigilia Nativitatis, coram canonicis Lugduni et aliis multis, in choro ecclesiae cathedralis. — *Orietur vobis. timentib..... in pennis ejus.*

84. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in vigilia Domini, coram conventu monachorum sancti Dionysii, de mane. — *Veritas de terra orta est.*

85. Item sermo fratris Bonaventurae, editus coram canonicis Parisius, in ecclesia majori. — *Egredimini filiae S... laetitiae cordis ejus.*

86. Item sermo fratris Bonaventurae in vigilia Domini, coram rege Navarriae, et uxore, et familia tota. — *Sanctificamini hod... inter vos mirabilia.*

87. Item sermo fratris Bonaventurae in vigilia Nativitatis, editus apud sanctam Mariam de Portiuncula, coram fratribus loci, et multis aliis. — *Sanctificamini, cras comed. carnes.*

88. In Nativitate Domini, sermo fratris Bonaventurae, editus Parisius, in domo fratrum Minorum, coram Universitate Parisiensi. — *Vide arcum et ben... operuerunt eum.*

89. Item sermo fratris Bonaventurae in die Nativitatis, editus Parisius, coram rege et familia tota, in capella regali. — *Ego sum radix... et matutina.*

90. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, editus in domo fratrum Parisius, coram Universitate. — *Gratia sicut paradisus in benedictionibus.*

91. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, coram rege *Franciae* (1) et filiis et familia. — *Orietur stella ex Jacob.*

92. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, editus Lugduni, coram populo, in ecclesia sancti Nicecii. — *Ego flos campi et lilium convallium.*

93. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, editus Asisii, coram populo, in Ecclesia fratrum, ad missam. — *Fons ascendebat e ter... superficiem terrae.*

94. Item sermo fratris Joannis de Peczan magistri, in scholis Parisiensibus, in Nativitate Domini. — *Oritur sol.*

95. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in conventu Rothomagensi, coram populo terrae et clero, praesente fratre Rigaldo archiepiscopo civitatis. — *Produxit Deus de hu... in medio paradisi.*

96. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, editus Parisius, in domo fratrum Praedicatorum, coram Universitate, quando festum Nativitatis accidit in dominica. — *Fluvius egredieb... irrigandum paradisum.*

97. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate, coram regina Navarriae filia reginae Franciae, Parisius, circa vesperas, in palatio ejus. — *In lilio et ros... filios tuos.*

98. Item sermo fratris Bonaventurae, editus coram fratribus apud Asisium, de sero, ad recreationem. — *Aperi mihi soror m... guttis noctium.*

99. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Parisiis, in domo fratrum, coram Universitate in Nativitate, Domini. — *Emissiones tuae paradisus.*

(1) Hoc verbum, *Franciae*, cernitur in margine laterali, nigris litteris a prima manu exaratum.

100. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Lugduni, coram fratribus, de sero, in Nativitate Domini. — *Emissiones tuae paradisus.*

101. Item sermo fratris Bonaventurae in die Nativitatis, Parisiis, coram rege Franciae, et filiis, et consiliariis, in aula regali, circa vesperas.—*Vobis aperta est parad... arbor vitae.*

102. Item sermo fratris Bonaventurae, sero Nativitatis Domini, apud Montempessulanum, coram fratribus, quasi ad recreationem. — *Accipite jucund. gloriae nostrae.*

103. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, editus in Montepessulano, coram omni populo, post prandium, in gallico. — *In sole posuit tab... de thalamo suo.*

104. Item sermo fratris Joannis de Celano in Nativitate Domini, editus Bononiae. — *En ipse stat post parietem nostrum.*

105. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Asisii, in die Nativitatis, ad sanctam Claram, post nonam, ad populum. — *Evangelizo vobis gaud... vobis hodie Salvator.*

106. Item sermo fratris Bonaventurae ad moniales de sancta Clara, in Nativitate Domini. — *Transeamus usq..... hoc verbum.*

107. Item sermo fratris Bonaventurae, editus Parisius, in domo fratrum, coram Universitate, in die Nativitatis, de mane. — *Verbum caro fact... in nobis.*

108. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in Montepessulano in die Nativitatis, coram Universitate, in claustro, de mane. — *Egredimini filiae S... in die laetitiae cordis ejus.*

109. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, *editus Parisius* (1), coram Universitate, in domo fratrum. — *Vas castror. sol . . . . . resplendens gloriose.*

110. Item sermo fratris Bonaventurae in Nativitate Domini, apud sanctam Mariam de Portiuncula, quasi ad recreationem. — *Plantaverat aut . . . . . a principio.*

(1) Haec duo verba cernuntur in calce folii, nigris et minimis literis a prima manu exarati.

111. Item sermo fratris Bonaventurae, editus ad populum, Lugduni, in Nativitate Domini. — *Anima mea bened . . . . . in gentem peccatricem.*

112. Item sermo fratris Bonaventurae, editus in sero Nativitatis, ad preces sociorum, Lugduni, in quo continetur summaria intentio evangelii historiae Nativitatis. — *Exiit edictum a Caesare Augusto* etc.

113. Summaria intentio evangelii, quod cantatur in missa Nativitatis in aurora, sermo Bonaventurae, haec est, a sociis Parisius super hoc requisitus ad aedificationem. — *Pastores loquebantur* etc.

114. Summaria intentio evangelii, quod cantatur in missa majori Nativitatis, haec est secundum fratrem Bonaventuram, coram sociis, et magistris, et bachalariis de ordine nostro plurimis, Parisius. — *In principio erat Verbum* etc.

115. In festo beati Stephani protomartyris, sermo fratris Bonaventurae, editus Parisius, in domo fratrum Minorum, coram Universitate. — *Stephanus autem ple... magna in populo.*

116. Item sermo Bonaventurae, editus Parisius, coram Universitate, in domo Praedicatorum, quando festum beati Stephani venit in dominica. — *Audivimus de te quod v..... coronam auream.*

117. Item sermo fratris Bonaventurae coram Universitate, Parisius, in domo Minorum. — *Corona aurea sup . . . . . opus fortitudinis.*

118. Item sermo fratris Bonaventurae, fratribus de Lugduno. — *Libavit de sang. uvae . . . . . excelso principi.*

119. Item sermo fratris Bonaventurae, coram populo, apud Lugdunum, in festo beati Stephani. — *Tulit David cor . . . . , in capite suo.*

120. Item sermo fratris Bonaventurae, coram populo, apud Lugdunum, in festo beati Stephani. — *Cum esset Steph..... a dextris virtutis Dei.*

121. Item sermo fratris Bonaventurae coram rege, et filiis, et . . . . consiliariis, in die sancti Stephani. — *Quasi flos rosar..... veris.*

122. Item sermo fratris Bonaventurae de beato Stephano, in Urbeveteri, praesente Curia Romana ibidem. — *Quasi plantatio rosae in Jericho.*

123. Item sermo fratris Bonaventurae in conventu Lugduni Minorum fratrum, in die sancti Stephani. — *Princeps ea q..... cogitabit.*

124. Item sermo fratris Bonaventurae in festo sancti Stephani, coram fratribus, in conventu Parisiensi, quando festum illud fuit in dominica. — *Cum esset Steph . . . . . a dextris virtutis Dei.*

125. Item sermo fratris Bonaventurae in festo sancti Stephani, apud Asisium. — *Video coelos ap. . . a dextris Dei.*

126. Item sermo fratris Bonaventurae, fratribus de Lugduno. — *Domine Jesu, accipe spiritum meum.*

127. Item sermo fratris Bonaventurae de beato Stephano, coram fratribus conventus Sennonensis, in Inventione, quando ibat vocatus a Papa Urbano. — *Quis est hic . . . . . in vita sua.*

128. In festo beati Joannis evangelistae, sermo fratris Bonaventurae, editus Parisius, coram Universitate, in domo fratrum Minorum. — *Puer Israel et dilexi eum.*

129. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisiis. — *Amicus sponsi q. . . . . propter vocem sponsi.*

130. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius. — *Erat recumbens..... quem diligebat.*

131. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisiis. — *Hic est discipul. . . diligebat Jesus.*

132. Item sermo fratris Bonaventurae apud Asisium. — *Hic est discipul. . . diligebat Jesus.*

133. Item sermo fratris Bonaventurae apud Asisium. — *Dilectus Deo et . . . . . in benedictione est* etc.

4. Item sermo Bonaventurae apud Lugdunum. — *Aquila grandis magnarum alarum.*
5. Item sermo fratris Bonaventurae apud Montempessulanum. — *Quasi flos rosar..... in diebus aestatis.*
6. Item sermo fratris Bonaventurae ad fratres Lugdunenses, in capitulo. — *Israel germinabit quasi lilium.*
7. Item sermo fratris Bonaventurae in domo Praedicatorum de Lugduno. — *Sapientia hominis lucet in vultu ejus.*
8. Item sermo Bonaventurae in domo fratrum Arelatansium. — *In facie prudentis lucet sapientia.*
9. Item sermo Bonaventurae ad fratres, Lugduni. — *Ignis in alt..... ardebit.*
0. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius. — *Erit quasi oli..... ut Libani.*
1. Item sermo fratris Bonaventurae in scholis Parisiis, quando incepit Joannem. — *Ecce intelliget serv..... sublimis erit valde.*
2. Item sermo fratris Bonaventurae, coram populo Lugduni, in ecclesia sancti Nicesii. — *Dilectus Deo et ho..... in gloriam sanctorum.*
3. Item sermo Bonaventurae, coram fratribus Lugduni. — *Postquam consum. sunt..... nomen ejus Jesus.*
4. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Asisio. — *Vocatum est nomen ejus Jesus.*
5. Item sermo fratris Bonaventurae apud Massiliam, in octava Nativitatis. — *Postquam consum. sunt..... nomen ejus Jesus.*
6. Item sermo fratris Bonaventurae coram rege, in octava Nativitatis Domini. — *Apparuit gratia D.... hominibus.*
7. Item sermo fratris Bonaventurae, Lugduni, ad fratres. — *Nos sumus circumc..... in Christo Jesu.*
8. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, apud sanctum Dyonisium. — *Aquila grandis.... frondium ejus avulsit.*

149. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Asisio. — *Postquam consummati sunt dies octo* etc.

150. Item sermo fratris Bonaventurae coram sociis, Parisius. — *Postquam consummati sunt dies octo* etc.

151. Item sermo fr. Bonaventurae coram fratribus de [illegible] (Vianna? Vienna? Manna?)—*Postquam consum. s. dies* etc.

152. Summaria intentio evangelii Epyphaniae, in vigilia, sermo fratris Bonaventurae. — *Defuncto Herode* etc.

153. In vigilia Epiphaniae, sermo fratris Bonaventurae, in capitulo, Parisius, quando venit in dominica ipsa vigilia. —*Surge et accipe puer..... in terram Israel.*

154. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, in capitulo, quando vigilia Epiphaniae contigit in dominica. — *Consurgens Joseph..... in terram Israel.*

155. In Epiphania Domini, sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram Universitate, in domo fratrum Minorum. —*Intrantes dom.... thus et myrrham.*

156. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram rege et familia. — *Per aliam viam rev..... regionem suam.*

157. Item sermo fratris Bonaventurae, in domo Praedicatorum, Parisius, coram Universitate, quando Epiphania contigit in dominica. — *Qui sedes sup. cherub..... et terram.*

158. Item sermo fratris Bonaventurae Parisius, in domo fratrum, coram Universitate. — *Intrantes dom..... matre ejus.*

159. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Montempessulanum, in capitulo fratrum, quando Epiphania fit in dominica. — *Intrantes dom..... matre ejus.*

160. Summaria intentio evangelii hodierni est haec secundum Bonaventuram, in Epiphania Domini. — *Cum natus es. Je. in Bethleem* etc.

161. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus Parisius, in capitulo. — *Surge illumin. Jer..... super te orta est.*

162. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Lugduno. — *Illuminare Jerus.... lumen tuum.*

163. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Asisium. — *Ubi est q..... rex Judaeorum?*

164. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Viennam. — *Ambulabunt gent..... ortus tui.*

165. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram rege et familia. — *Vidimus stell..... adorare eum.*

166. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram fratribus. — *Surge illuminare Hierusalem.*

167. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Lugdunum. — *Videntes stell..... gaudio magno valde.*

168. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius. — *Dominus rex nost..... judex noster.*

169. Item sermo fratris Bonaventurae in provincia Alamaniae superioris. — *Ambulabunt gent..... ortus tui.*

170. Item sermo fratris Bonaventurae in provincia Provinciae. — *Ubi est q..... rex Judaeorum?*

171. Item sermo fratris Bonaventurae monialibus de sancta Clara. — *Surge illuminare.... lumen tuum.*

172. Item sermo fratris Bonaventurae ad Chartusienses fratres. — *Surge illuminare Hierusalem.*

173. Item sermo fratris (!), in domo Praedicatorum de Lugduno, coram eis, in capitulo. — *Surge illuminare Hierusalem.*

174. Dominica prima post Epyphaniam, sermo fratris Bonaventurae, Lugduni, in capitulo fratrum. — *Nolite confor[illegible] sensus*

175. Item sermo fratris (!), Parisius, in domo Praedicatorum, coram Universitate. — *Post triduum [illegible] in medio doctorum.*

176. Item sermo fratris Bonaventurae coram regina Navarriae et familia, Parisius. — *Invenerunt illum in templo.*

177. Item sermo fratris Bonaventurae in domo Vallis scholarium, Parisiis. — *Fili, quid fec. . . quaerebamus te*

178. Summaria intentio evangelii hujus dominicae in octava Epiphaniae, secundum Bonaventuram, est haec. — *Cum factus esset Jesus annor. duodecim* etc.

179. Item sermo fratris Bonaventurae, apud sanctum Irenaeum de Lugduno. — *Ut perfecerunt om..... in Galilaeam.*

180. Item sermo fratris Bonaventurae coram populo Lugduni, in ecclesia sancti Nicecii. — *Invenerunt illum in templo.*

181. Item sermo Bonaventurae, in capitulo, coram fratribus Lugduni. — *Rationabile sit obsequium vestrum.*

182. Item sermo fratris Bonaventurae in octava Epiphaniae, apud Massiliam. — *Ecce agnus D..... peccata mundi.*

183. Item sermo fratris Bonaventurae apud Januam. — *Ecce agnus Dei.*

184. Summaria intentio evangelii in octava Epiphaniae, secundum Bonaventuram, est haec. — *Vidit Joannes Jesum venientem ad se* etc.

185. Dominica secunda post Epiphaniam, sermo fratris Bonaventurae ad Cluniassenses monachos. — *Spiritu ferventes..... humiliter consentientes.*

186. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Lugduno, in capitulo, de mane. — *Quaecumque dixerit vobis facite.*

187. Item sermo fratris Bonaventurae apud Asisium. — *Hoc initium signor... discipuli ejus.*

188. Dominica tertia post Epiphaniam, sermo fratris Bonaventurae fratribus de Lugduno. — *Ecce lepros... potes me mundare.*

189. Item sermo fratris Bonaventurae populo Lugdunensi. — *Extendens man... volo, mundare.*

190. Item sermo fratris Bonaventurae, fratribus Parisiis. — *Domine, si vis potes me mundare.*

191. Dominica quarta post Epiphaniam, sermo fratris Bonaventurae fratribus, in conventu Parisiensi. — *Ascendente Jesu in... operiretur fluctibus.*

92. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, apud Vallem scholarium. — *Surgens Jesus imp... tranquillitas magna.*

93. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Portiunculam. — *Domine salva nos, perimus.*

94. Item sermo fratris Bonaventurae, in conventu Parisius. — *Motus magnus fact... operiretur fluctibus.*

95. Dominica quinta post Epiphaniam, sermo fratris Bonaventurae, Parisius, in domo fratrum. — *Simile est reg... in agro suo.*

96. Feria tertia post primam dominicam quadragesimalem, sermo fratris Bonaventurae ad moniales de sancto Antonio, Parisius. — *Quaerite Dominum dum inveniri potest.*

97. Feria quarta quatuor temporum, post primam dominicam Quadragesimae, sermo fratris Bonaventurae ad fratres Praedicatores de conventu Lugduni. — *Quicumque fecerit volunt... et mater est.*

98. Feria quinta Quadragesimae, sermo fratris Bonaventurae coram rege Franciae, et consilio, et familia. — *Ecce mulier Chan... a daemonio vexatur.*

99. . . . . (1) Feria VII[a]..... dominica LX[ae] sermo fratris Bo. coram (?)..... Navarriae (?) et familia (?) Parisiis. — *Est autem Hierosolymis..... portic. habens.*

100. . . . . (2) Sermo (?) Bo... Par... — *Assumpsit Jesus Petrum... ante eos.*

101. Dominica secunda in Quadragesima, sermo fratris Bonaventurae, in capitulo fratrum, Parisius, mane, coram Universitate. — *Resplenduit facies ej... sicut nix.*

102. Item sermo fratris Bonaventurae, in ecclesia majori Remensi. — *Levantes oculos nem... solum Jesum.*

(1-2) Rubricae hic desunt, quibus ea sufficimus quae ad calcem folii praecisi ex supremis litterarum apicibus legi possunt.

203. Item sermo fratris Bonaventurae apud Mediolanum, in domo fratrum. — *Resplenduit facies ej... sicut nix.*

204. Feria secunda post secundam dominicam Quadragesimae, sermo fratris Bonaventurae, coram regina Franciae et familia, Parisius. — *Cum exaltaveritis fil... quia sum.*

205. Dominica tertia in Quadragesima, sermo fratris Bonaventurae, Parisiis, in capitulo, mane. — *Erat Jesus ejic... erat mutum.*

206. Sermo fratris Bonaventurae, Romae. — *Tradidit semetips... in odorem suavitatis.*

207. Sermo fratris Bonaventurae, in domo fratrum Lugduni. — *Ut filii lucis ambulate.*

208. Dominica de *Laetare Jerusalem*, sermo fratris Bonaventurae, apud Castrum plebis, coram populo, praesente Provinciali totius Tusciae. — *Est puer unus hic... et duos pisces.*

209. Item sermo fratris Bonaventurae apud Perusium, praesente ibi Curia. — *Illa autem quae surs... mater nostra.*

210. Item sermo fratris Bonaventurae, Romae, in provinciali capitulo. — *Illa quae surs... mater nostra.*

211. Item sermo fratris Bonaventurae in conventu de Armino, coram fratribus. — *Ejice ancillam et..... cum filio liberae.*

212. Dominica quarta in Quadragesima, sermo fratris Bonaventurae, Parisius, in capitulo, de mane. — *Erat Jesus ejic... erat mutum.*

213. Dominica de Passione, sermo fratris Bonaventurae, Parisius, in capitulo fratrum. — *Per proprium sang... redemptione inventa.*

214. Item sermo fratris Bonaventurae, in conventu Parisius. — *Si veritatem dico quar... mihi.*

215. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Asisium, ad populum. — *Jesus abscond. se... de templo.*

216. Dominica in ramis Palmarum, sermo fratris Bonaventurae, in domo fratrum Praedicatorum, Parisius, coram Universitate. — *Egredimini filiae Syon... laetitiae cordis illius.*

217. Item sermo fratris Bonaventurae coram rege Franciae, et familia. — *Benedictus qui ven. in nom. Domini.*

218. Dominica Resurrectionis, sermo fratris Bonaventurae in conventu fratrum, Parisiis. — *Si consurrexistis cum... non quae super terram.*

219. Item sermo fratris Bonaventurae, in capella regis Franciae. — *Surrexit Dom... apparuit Simoni.*

220. Item sermo fratris Bonaventurae, in conventu Tolosae. — *Refloruit caro mea.*

221. Dominica in octava Paschae, sermo fratris Bonaventurae fratribus, Parisiis, in capitulo, de mane. — *Omne quod nat. est... vincit mundum.*

222. Item sermo fratris Bonaventurae coram rege, et regina Franciae, et familia tota, in capella. — *Pax vobis.*

223. Item sermo fratris Bonaventurae, apud Carcassonam. — *Gavisi sunt discip. viso Domino.*

224. Item sermo fratris Bonaventurae in conventu fratrum de Egubio, ad omnem clerum et populum. — *Cum essent discip... pax vobis.*

225. Dominica secunda post Pascha, sermo fratris Bonaventurae, apud Asisium. — *Christus passus est... vestigia ejus.*

226. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, coram Universitate, in domo Praedicatorum. — *Ego sum pastor bonus.*

227. Dominica tertia post Pascha, sermo fratris Bonaventurae, in capitulo Tolosae. — *Tristitia vestr... in gaudium.*

228. Item sermo fratris Bonaventurae, in capitulo provinciali

lānēsis. — *Videbo vos et gaud. cor vestrum.*

229. Dominica quarta post Pascha, sermo fratris Bonaventurae, in provinciali capitulo Arragoniae. — *Cum venerit il..... omnem veritatem.*

230. Dominica quinta post Pascha, sermo Bonaventurae in conventu Parisius, in capitulo, de mane. — *Exivi a patre..... vado ad patrem.*

231. In Ascensione Domini, sermo fratris Bonaventurae coram Universitate, Parisiis, in domo fratrum. — *Nemo ascend. in coel.... filius hominis.*

232. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus in capitulo, Parisius. — *Qui descendit ipse est q..... adimpleret omnia.*

233. Item sermo fratris Bonaventurae coram Universitate, in domo fratrum. — *Qui aedificat in coel... fundavit.*

234. Item sermo fratris Bonaventurae, in conventu Narboniensi. — *Dominus in coel. par... omnib. dominabitur.*

235. Item sermo fratris Bonaventurae, in capitulo, Parisius. — *Non est vester. nosse... testes in Jerusalem.*

236. Infra octavam Ascensionis, sermo fratris Bonaventurae, apud Neapolim. — *Estote prud... in orationibus.*

237. Sermo fratris Bonaventurae in die Pentecostes, factus Parisius, in domo fratrum Minorum, coram multis. — *Effundam sup. dom. David.*

238. . . . . (1). — *Fluvius* etc.

239. . . . . (2). — *Fluvius egrediebatur* etc.

240. . . . . (3). — *Emitte spirit. tuum et creabuntur* etc.

241. Sermo fratris Bonaventurae. — *Qui descendit* etc.

242. Dominica secunda post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, in capitulo Parisiensi. — *Homo quidam fec... vocavit multos.*

(1-2-3) Tribus hisce in locis desunt rubricae.

243. Dominica tertia post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, in conventu Pizano. — *Humiliamini sub... tempore visitationis.*

244. Item sermo fratris Bonaventurae, in monasterio apud Januam. — *Humiliam. sub pot... visitationis.*

245. Item sermo fratris Bonaventurae, populo, apud Clavarum. — *Gaudium est ang... poenitentiam agente.*

246. Dominica quarta post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, in capitulo, Parisiis, de mane. — *Duc in alt.... retia vestra.*

247. Dominica quinta post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, in capitulo, Parisius, de mane. — *Nisi abundaver. justitia vestra* etc.

248. Dominica sexta post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae in capitulo fratrum de Aurelianis, in mane. — *In novitate vitae ambulemus.*

249. Item sermo fratris Bonaventurae, in domo fratrum, Turonis. — *Accipiens Jesus sept.... jussit apponi.*

250. Dominica septima post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, in conventu Praedicatorum de Attrabato. — *Qui spir. Dei ag... filii Dei.*

251. Item sermo fratris Bonaventurae, fratribus, Parisiis, in capitulo, dominica octava post Pentecosten. — *Ipse enim spir... sumus filii Dei.*

252. Item sermo fratris Bonaventurae in domo Praedicatorum de Mediolano, dominica octava post Pentecosten. — *Quicumq. fecerit vol.... in regnum coelorum.*

253. Item sermo fratris Bonaventurae in domo fratrum de Janua, dominica octava post Pascham. — *Qui spiritu Dei ag... sunt Dei.*

254. Item sermo fratris Bonaventurae apud Lugdunum, dominica VIIII post Pentecosten. — *Non potest arb... fructus malos.*

255. Dominica nona post Pentecosten, sermo Bonaventurae, Parisius, in domo Praedicatorum, coram eis. — *Domus m... vocabitur.*

256. Dominica vigesima, sermo fratris Bonaventurae fratribus de Tholosa. — *Nemo potest dic... in Spiritu sancto.*

257. Sermo fratris Bonaventurae fratribus de Asisio. — *Omnis qui se humil. exaltabitur.*

258. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus, Parisius, in capitulo. — *Confide filia ... salvam fecit.*

259. Sermo fratris Bonaventurae fratribus in capitulo Lugdunensi. — *Cum ejecta ess... manum ejus.*

260. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Vianna (Vianna? Vienna? Manna?) — *Gloria in confusione ipso.. sapiunt.*

261. Item sermo fratris Bonaventurae in domo Praedicatorum Parisius, coram Universitate. — *Cum vider. abomin... qui legit intelligat.*

262. Item sermo fratris Bonaventurae in capitulo fratrum. — *Cum vider. abomin... qui legit intelligat.*

263. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Asisio. — *Qui legit intelligat.*

264. Sermo fratris Bonaventurae fratribus de Masticone. — *Ambuletis digne... placentes.*

265. Item sermo fratris Bonaventurae fratribus de Portiuncula. *Gratias agim... in lumine.*

266. Dominica undecima post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae in capitulo, Parisius, de mane. — *Apertae sunt aur.... loquebatur recte.*

267. Dominica duodecima post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, Parisius, in capitulo, de mane. — *Beati oculi q..... vos videtis.*

268. Item sermo fratris Bonaventurae in domo domini Papae apud Urbemveterem, coram Consistorio generali. — *Magister quid fac..... possidebo?*

. Dominica decima tertia post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, Parisiis, in capitulo, de mane. — *Abrahae dictae s. . . . . semini ejus.*

). Item sermo fratris Bonaventurae, editus in domo Praedicatorum, Parisiis. — *Cum iret Jesus in Jerusalem. . . . . decem viri leprosi.*

. . . . . (1). — *Unus autem ex ipsis. . . . . gratias agens.*

!. . . . . (2). — *Quaerite primum regnum. . . justitiam ejus.*

3. . . . . (3). — *Amice, ascende superius.*

:. . . . . (4). — *Propheta magnus surrexit . . . . . plebem suam.*

). Item sermo fratris Bonaventurae in domo Praedicatorum de Bononia (5). — *Propheta mag. surr. in nobis.*

). Item sermo fratris Bonaventurae in domo fratrum. — *Propheta mag. surr. in nobis.*

!. . . . . (6). — *Amice, ascende superius. . . . . discumbentibus.*

3. . . . . (7). — *Solliciti serv. . . . . in vinculo pacis.*

). Item sermo fratris Bonaventurae in conventu Parisius. — *Magister quod est mand. . . . . Deum tuum.*

). Dominica decima octava post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, coram populo Lugduni. — *Gratias ago..... factis estis in illo.*

. Item sermo fratris Bonaventurae, Parisius, in capitulo fratrum. — *Ascend. Jesus in nav. . . . . in civit. suam.*

(1-2-3-4) Deest rubrica.

(5) Integer hic titulus ad calcem folii legitur, nigris exaratus literis, a prima manu.

(6-7) Deest rubrica.

282. Dominica decima nona post Pentecosten, sermo fr. Bonaventurae, in capitulo, Parisiis.—*Renovamini spir... creatus est.*

283. Sermo fratris Bonaventurae in conventu Perusino. — *Nuptiae quid. par. . . . . fuerunt digni.*

284. Sermo fratris Bonaventurae populo Asisii. — *Renovam. spir..., creatus est.*

285. Sermo fratris Bonaventurae ad populum Lugdunensem. — *Renovamini spiritu mentis.*

286. Dominica vigesima, sermo fratris Bonaventurae in domo fratrum Praedicatorum, Parisius, coram Universitate. — *Nolite inebr. vi..... et cant. spiritualibus.*

287. Sermo fratris Bonaventurae, fratribus de Barchilona. — *Impleam. Spir. s. . . . . Deo et Patri.*

288. Sermo fratris Bonaventurae fratribus Parisiensibus, in capitulo. — *Videte quom. caute ambuletis.*

289. Sermo Bonaventurae fratribus de Meldis. — *Credidit ho. ser. . . . . et ibat.*

290. Sermo Bonaventurae fratribus de Barchilona. — *Impleamini Spiritu.*

291. Dominica vigesima prima, sermo Bonaventurae fratribus, Parisius, in capitulo. — *Simile est reg. coel... cum servis suis.*

292. Item sermo Bonaventurae fratribus de Lugduno, in capitulo. — *Confidemus in Dom. . . . . usq. in diem Christi.*

293. Dominica vigesima secunda post Pentecosten, sermo fratris Bonaventurae, coram Universitate Parisiensi, in domo Praedicatorum, Parisius. — *Magist. scim. quia. . . . . doces.*

294. Item sermo fratris Bonaventurae, in conventu fratrum, Parisius, de mane, in capitulo.— *Magist. scim. quia... doces.*

295. Item sermo fratris Bonaventurae, in capitulo Parisiensi. *Dixit Jes. discip. . . . . et superscriptio? .....*

Expliciunt sermones fratris Bonaventurae de cunctis dominicalibus totius anni (1).

(1) Et haec verba, *expliciunt sermones etc.* rubra sunt, atque iisdem desinit codicis scriptura.

CAPUT III.

Quaedam circa naturam praedicti codicis, et fidem quam meretur, adnotantur, atque indiculi seu tabulae, alibi exactiores et plures ex eodem conficiendae, exhibentur.

Integrum manuscriptum codicem, cujus rubricas in superiori capite praebui, diligentissime et recte descripsit socius meus pater Basilius ab Arupino. Neminem porro collectaneis manuscriptorum sermonum pervestigandis assuetum effugiet, codices, qui tot circumstantias temporis, loci et personarum tradant, ac tot unius auctoris, una cum aliorum quibusdam, sermones contineat, sicut noster italicus jam relatus, omnino esse perraros. Omnes autem animadvertent, eumdem maximi momenti esse ad clarius dignoscendum, quantus fuerit S. Bonaventura, et quanti habitus a coaevis; ac non parum luminis ejusdem gestis illustrandis adferre.

Momenta quibus laudato codici habenda est integra fides, summarie, atque ut primo menti obveniunt, complectar, eaque sunt:

1. Circumstantiae temporis, loci, personarum etc., quas rubricae sermonibus praemissae indicant, in quibus omnia convenire, nihilque sibi adversari, quominus illae fidem mereantur, animadverti.

2. Codex est collectaneus, idest variorum auctorum sermones continens, qui quidem auctores Bonaventurae coaevi sunt omnes, et singuli nominantur.

3. Rubricarum tituli, qui forte a manu saeculi XIV ineuntis exarati sunt, praescripti fuerant nigris et minimis li-

teris ad calcem foliorum codicis manu prima, quam rubricator fideliter secutus est.

4. Sermones habitos in locis tam dissitis, ex ore Bonaventurae excipere non potuit nisi qui ex sociis ejus, eumdem itinerantem fuerit comitatus : ipsos autem sermones primum fusiores verisimilius ab exceptore descriptos, alius quis deinceps contraxit. Non enim probabile videtur, fratrem Marcum de Montefeltro, qui omnes sermones *fr. Bonaventurae scribebat et habere volebat*, tam breves descripsisse, praesertim si consideraveris, eumdem maxime dilexisse S. Bonaventuram, cujus proinde verba et conciones, integriores quam potuit, colligere debuit.

5. Sermo habitus in scholis Parisiensibus, *quando incepit Joannem*, sub rubrica in ordine 141 contentus, convenit omnino cum prologo S. Bonaventurae in Evangelium S. Joannis, quem prologum sermo ille contractum exhibet.

6. Codex quidam Gallicus saeculi XIII, permultos sermones complectitur, modo aeque contractos, modo paululum longiores, ac S. Bonaventurae inscriptos, qui conveniunt, ut convenire possunt sermones a diversis audientibus reportati, cum iis qui habentur in codice nostro Italico. Omnes vero qui in codice Gallico Bonaventurae sunt, Italicus in Gallia habitos refert, nullumque in Italia.

7. Sermo 115 *de Sancto Stephano*, in codice Italico, valde, ut alii, contractus, multo fusior mihi occurrit in quodam codice Gallico, vivente S. Bonaventura exarato, eidemque Bonaventurae a prima manu inscriptus. De his momentis, et de aliis quae silentio praetereo, fusius agam in editione operum S. Bonaventurae.

Dolendum sane quam maxime, quod hujusmodi codicis sermones nimium fuerint contracti, ac potius schemata sint quam sermones ; quos tamen praedicatoribus ad conciones formandas valde utiles censeo, cum siquidem subjecti divisiones ac subdivisiones praebeant egregias et acutissimas, ex ipso textu S.

Scripturae sumptas, atque aliis auctoritatibus et rationibus roboratas, quae etiam ostendunt, quanta vi ingenii et eruditione polleret Seraphicus Doctor in interpretatione divinarum Literarum. Perutiles vero sunt praedicti sermones ad eosdem fusiores in aliis mss. codicibus absque auctoris nomine contentos dignoscendos, jamque plures hujusmodi detexi, atque alios me inventurum spero. Et cum editi fuerint', praesto semper erunt ad eos, qui fusiores non fuerint reperti, inquirendos. Quapropter indiculum alphabeticum textuum S. Scripturae, quibus illi exordiuntur, in nova editione dabimus, ut facilius et citius, quisquis id operis in posterum praestare voluerit, sermones anonymos manuscriptos si repererit ab iisdem sacrarum literarum testimoniis incipientes, videre queat, an cum Bonaventurianis conveniant, ac digni sint, qui a nobis editis fusiores essent, publica luce donari. Alterum indiculum, festorum nempe et dierum, quibus illi sermones habiti fuerunt, in eorumdem quoque editione daturi erimus. Sunt enim ex his sermonibus non pauci, quibus mensis diem et certum annum et festivitatem in quibus habiti sunt, assignare poterimus: alii vero, quibus, aut non omnia haec, aut aliquid horum tantum, vel nonnisi approximative et verisimilius, statuere licebit. Tertius indiculus ecclesiarum erit et aliorum locorum, quae loca specifica vocamus, in quibus Bonaventura hos habuit sermones. Loca generica, seu urbes in quibus eos recitavit, uti etiam auditores coram quibus, et ceteros auctores quorum sermones in eodem codice occurrunt, modo hic distinctis indiculis significamus, alias correcturi si quid mendi nunc, ob temporis penuriam, irrepserit, atque etiam explicaturi, quae notis aut discussione indigent.

INDEX PRIMUS

AUCTORUM ET SERMONUM IN EODEM MSS. CODICE CONTENTORUM

1. Fratris Bonaventurae, cujus sermones sequentes indices referunt.
2. Fr. Eustachii (1), serm. 21, 41, 49, Parisiis habiti — 32, 61, Attrebati.
3. Fr. Guillelmi, magistri serm. 18, Lugduni.
4. Fr. Guillelmi de Lamara, serm. 35, in Conventu Lingonensi.
5. Fr. Guillelmi de Ligniaco, serm. 22, Aurelianis — 29, Parisiis.
6. Fr. Guillelmi de Vaglon, serm. 19, Parisiis.
7. Fr. Humberti Ordinis Praedic. serm. 44, Bononiae — 51, Montispessulani.
8. Fr. Joannis de Celano, serm. 28, 104, Bononiae.
9. Fr. Joannis de Pechamo, serm. 94, Parisiis.
10. Fr. Joannis de Rupella, serm. 42, Lugduni.
11. Fr. Petri de Tarantasia, serm. 24, 52, Parisiis — 55, 76, 77, Lugduni.
12. Fr. Raymundi Ord. Praedic. serm. 33, Parisiis.
13. Fr. Roberti de Villiaco, serm. 38, Rothomagi.
14. Fr. Thomae de Aquino, serm. 17, Parisiis — 26, Bononiae — 34, Mediolani.

(1) Pluribus nominibus Bonaventuram appellatum scimus. De Eustachii nomine, quo etiam vocatus fuit, ait Joannes Gerson: " Nescio si praecipuus inter omnes numerandus sit Eustachius; ita enim nomen istud suum vulgatum *Bonaventura*, videor posse tradere. " An vero hic loci sub nomine Eustachii, ipsemet Bonaventura lateat, vel alius sit ab eo, et cuinam asserenda sint quae in pluribus mss. codicibus saec. XIII, fr. Eustachio inscripta ego reperi, alias excutiendum erit.

INDICULUS ALTER

URBES REFERENS, SEU LOCA GENERICA, IN QUIBUS SERMONES IN EODEM CODICE CONTENTOS S. BONAVENTURA RECITAVIT SCILICET

1. Aragoniae, serm. 229.
2. Arelate, serm. 138.
3. Armini, serm. 211.
4. Aurelianis, serm. 68, 248.
5. Asisii, serm. 25, 54, 69, 75, 81, 87, 93, 98, 105, 106 (?) 110, 125, 132, 133, 144, 149, 163, 171 (?), 187, 193, 215, 225, 257, 263, 265, 284.
6. Attrebati, serm. 250.
7. Barchilonae, serm. 287, 290.
8. Bononiae, serm. 275.
9. Carcassonae, ser. 223.
10. Castrum Plebis (apud), serm. 208.
11. Charthusiae magnae (?), serm. 172.
12. Clavari, serm. 245.
13. Cluniaci (?), serm. 185.
14. Coloniae, serm. 30.
15. Eugubii, serm. 224.
16. Januae, serm. 183, 244, 253.
17. Lugduni, serm. 7, 10, 11, 15, 31, 39, 43, 45, 50, 63, 65, 82, 83, 92, 100, 111, 112, 118, 119, 120, 123, 126, 134, 136, 137, 139, 142, 143, 147, 162, 167, 173, 174, 179, 180, 181, 186, 188, 189, 197, 207, 254, 259, 280, 285, 292.
18. Lānēsis (?), serm. 228.
19. Manna (?), serm. 151, 260.

20. Massiliae, serm. 145, 182.
21. Matiscone, serm. 264.
22. Mediolani, serm. 56, 203, 252.
23. Meldis, serm. 289.
24. Montispessulani, serm. 4, 5, 6, 102, 103, 108, 135, 159.
25. Narbonae, serm. 234.
26. Neapoli, serm. 23, 236.
27. Parisiis, serm. 1, 2, 3, 8, 9, 12, 13, 14, 16, 20, 27, 36, 37, 40, 48, 53, 57, 58 (?), 59, 62, 64 (?), 66, 74, 79, 80, 84, 85, 86 (?), 88, 89, 90, 91, 96, 97, 99, 101, 107, 109, 113, 114, 115, 116, 117, 121, 124, 128, 129, 130, 131, 140, 141, 146, 148, 150, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 161, 165, 166, 168, 175, 176, 177, 190, 191, 192, 194, 195, 196, 198, 199, 200, 201, 204, 205, 212, 213, 214, 216, 217, 218, 219, 221, 222, 226, 230, 231, 232, 233 (?), 235, 237, 242, 246, 247, 251, 255, 258, 261, 266, 267, 269, 270, 279, 281, 282, 286, 288, 291, 293, 294, 295. — Omnes simul, Parisiis habiti sermones, sunt 115.
28. Perusii, serm. 71, 209, 283.
29. Pisis, serm. 243.
30. Provincia (in) Alamaniae superioris, serm. 169.
31. Provincia (in) Provinciae, serm. 170.
32. Rhemis, serm. 72, 202.
33. Romae, serm. 206, 210.
34. Rothomagi, serm. 95.
35. Sennonis, serm. 127.
36. Tolosae, serm. 220, 227, 256.
37. Turone, serm. 249.
38. Urbeveteri, serm. 70, 122, 268.
39. Viennae, serm. 151 (?), 164, 260 (?).

40. Viterbii, serm. 46, 47, 67.
41. Ubi? serm. 60, 73, 78, 152, 160, 172, 178, 184, 238, 239, 240, 241, 262, 271, 272, 273, 274, 276, 277, 278.

INDICULUS TERTIUS

QUI

PERSONAS REFERT CORAM QUIBUS EJUSDEM CODICIS SERMONES

S. BONAVENTURA HABUIT

VIDELICET

1. Coram Papa Clemente IV, serm. 71.
2. » » Urbano IV, serm. 70.
3. » » Gregorio X, serm. 11.
4. Coram Concistorio, serm. 71, 268.
5. Coram Curia Romana, serm. 11, 43, 46, 65, 122, 209.
6. Coram Cardinalibus, serm. 11, 70, 71, 268.
7. Coram Praelatis in Synodo Rhemensi, serm. 72.
8. Coram rege Franciae, serm. 1, 8, 9, 53, 57, 66, 79, 80, 89, 91, 101, 121, 146, 156, 165, 198, 217, 219 (?), 222.
9. Coram rege Navarrae, serm. 86.
10. Coram regina Franciae, serm. 2, 40, 204, 222.
11. Coram regina Navarrae, serm. 2, 58, 86, 97, 176.
12. Coram familia regis Franciae, serm. 9, 53, 57, 66, 79, 89, 91, 156, 165, 198, 204, 217, 222.
13. Coram familia regis Navarrae, serm. 86, 176, 199 (?).
14. Coram filiis regis Franciae, serm. 91, 101, 121.
15. Coram consiliariis regis Franciae, serm. 79, 101, 121, 198.

16. Coram Universitate, serm. 233.
17. Coram Universitate Montispessulani, serm. 5, 108.
18. Coram Universitate Parisiensi, serm. 3, 12, 13, 20, 27, 37, 64 (?), 88, 90, 96, 99, 107, 109, 115, 116, 117, 128, 141, 155, 157, 158, 175, 201, 216, 226, 231, 261, 286, 293.
19. Coram magistris, serm. 114.
20. Coram sociis suis, serm. 112, 113, 114, 150.
21. Coram baccalaureis sui Ordinis, serm. 114.
22. Coram fratre Rigaldo Archiepiscopo Rothomagensi, serm. 95.
23. Coram canonicis Lugdunensibus, serm. 10, 83.
24. » » Parisiensibus, serm. 85.
25. Coram Clero Eugubii, serm. 224.
26. » » Lugduni, serm. 10, 31, 50.
27. » » Rothomagi, serm. 95.
28. Coram monachis S. Dionysii Parisiis, serm. 16, 59, 84, 148.
29. Coram monachis Cluniacensibus, serm. 185.
30. Coram fratribus Carthusiensibus, serm. 172.
31. Coram Provinciali Capitulo, serm. 210, 228, 229.
32. Coram Provinciali totius Tusciae, serm. 208.
33. Coram fratribus Ordinis Praedicatorum, serm. 6, 63, 67, 68, 69, 137, 173, 197, 250, 252, 255, 270, 275.
34. Coram fratribus sui Ordinis, serm. 4, 23, 47, 69, 75, 87, 98, 100, 102, 110, 118, 123, 124, 126, 127, 138, 139, 144, 147, 149, 151, 162, 166, 188, 190, 191, 194, 195, 203, 207, 211,

214. 218. 220. 234. 237.
243. 249. 253. 256. 257.
260. 263. 264. 265. 276.
279. 283. 287. 289. 290.

35. Coram fratribus sui Ordinis in Capitulo. serm. 14, 15. 25. 30. 36. 39, 45. 48, 56, 57, 62, 74. 81, 92, 136, 153. 154. 159, 161. 174. 181. 186. 205, 212. 213. 221. 227. 231. 232. 235. 242. 246. 247. 248. 251. 258. 259. 262. 266. 267. 269. 281. 282. 288. 291. 292. 294. 295.

36. Coram monialibus, serm. 244.

37. Coram monialibus S. Clarae. serm. 54 (?). 196. 171.

38. Coram monialibus S. Antonii Parisiis. serm. 196.

39. Coram populo, serm. 7. 31. 50. 56. 65. 92. 93. 97. 103, 105. 111. 119. 120. 142. 180. 189, 208. 215. 224. 245. 250. 284. 285.

CAPUT IV.

Specimen sermonis, neque brevioris neque longioris, ex eodem codice Italico excerpti, alibi valde fusioris inventi et cum prologo in Evangelium S. Joannis convenientis.

Ne quis dubitet de magna quam habet auctoritate collectaneus codex Italicus, de quo in superioribus egimus, atque ut vel ii qui expendendis manuscriptis codicibus nunquam animum intendissent, quantum ille codex valeat ad fidem faciendam, quantoque usui nobis futurus sit, facile percipiant; in hoc capite et sequenti ea proferemus momenta, quae nobis ipsis, haud facile manuscriptis quibuscumque fidem habentibus, quamlibet, hoc de quo agimus codice, rationem dubitandi abstulerunt. Cujus rei in primis causa fuit quod, sermones praedicti codicis examinantes, eum quem S. Bonaventura habuit *in scholis Parisiensibus, quando incepit Joannem*, ad amussim convenire animadvertimus cum Prologo germanae expositionis ejusdem Bonaventurae in Evangelium S. Joannis: ac tantum solummodo esse discriminis inter utrumque, quantum inter eamdem rem fusiorem et contractiorem, ipsis verbis, nedum sententiis, quantum fieri potuit in contractiori servatis. Quod autem sermo ille valde contractior sit quam auctor recitaverit, non descriptum, sed ex ore dicentis exceptum significat.

Ea est siquidem rerum natura ex ore dicentium exceptarum, ut scilicet audientes, quantum possunt, res et verba dicentis referre nitantur, sed modo brevius, modo fusius, modo rectius, modo disconvenientius audita referant, prout auditorum habilitas, intentio, velox manus ad scribendum vel tardior, nec

on ingenii acumen et memoria, in diversis differunt hominius. Quam ob diversam rationem colligendi quae audiuntur amdem rem pluribus audientibus et excipientibus, alius alio erfectius, alius alio fusius, magisque verbo tenus vel ad senum dicentis, audita retulit in membranas. Hinc desumenda est atio et mensura differentiae quae, non modo inter scripta et reortata ejusdem auctoris intercedit, verum etiam inter eadem a liversis audientibus ex ore dicentis reportata. Haec prae oculis iabeamus necesse est, si recte de reportatis judicare velimus.

Praedictum S. Bonaventurae sermonem in scholis habitum Parisiensibus quando expositionem in Evangelium S. Joannis exorsus est, pluries reperi in mss. codicibus a diversis reporatum, ita ut, quamquam plures eundem reportaverint, singuli tamen ab eodem dicentis ore se illum excepisse, easdemque res pro modulo quisque suo, sive brevius sive fusius, referre voluisse, mihi patuerit conferenti. Quod ut lectoris sub oculos ponam, primo eundem exhibeo, ut in codice Italico continetur; dein vero ad normam cujusdam codicis ad bibliothecam Carolopolitanam pertinentis; ac tertio *Prologum Expositionis in Evangelium S. Joannis* a Bonaventura scriptum affero, quorum uterque seu idem sermo convenit, differentia tantum excepta, quae inter reportata a diversis atque ab auctore scripta intercedit.

Sed quia vim codicis Italici ex eo etiam petimus, quod sermo ille cum prologo expositionis in Evangelium S. Joannis conveniat, ideo ne argumentatio nostra claudicet, tam certum opus S. Bonaventurae esse debet Expositio illa, ut nullum prorsus admittat dubium. Et revera ita res habet se apud nos, quamvis praedicta Expositio non semel sub nomine Nicolai de Gorram Ordinis Praedicatorum fuerit impressa. Familiare enim fuit Gorrano aliorum scriptis sic uti, ut plura eorum de suo identidem addens, aliis postea, quae aliorum sunt, ejus esse videantur. Testem habemus clarissimum Jacobum Echardum, qui, tomo primo *Scriptorum Ordinis Praedicatorum* pag. 444, col. 1, de

Gorrano monuit: « Etsi Postilla primae ad Corinthios eode
« versu scripturae: *Enoch placuit Deo*, incipiat, quo excus
« sub nomine Gorrani, id solum probare, auctorem impressa
« usum Postilla Guerrici, cui tamen plura addiderit. Sic ide
« (Gorranus) in epistola ad Ephesios usus est Commentari
« S. Thomae de Aquino, prologum totidem verbis exscripsit,
« cetera fere omnia, ita tamen ut identidem plura adjicia
« Hinc, ut supra dicebam, mihi valde dubium est an Postill
« cujus principium: *Dedi te in lucem gentium*, sit Gorrani
« licet sub ejus nomine edita; censuerimque potius esse Pet
« de Tarantasia, sub cujus nomine in codicibus mss. Sorbonic
« et Anglicano invenitur (1). » Eodem modo usus est Gorranu
et Postilla S. Bonaventurae in Evangelium S. Joannis, ita u
pluribus passim additis, ejus sub nomine excusa fuerit, atqu
ipsius esse putaverit vel ipse Jacobus Echardus, sed perperam

(1) Quaestionem de auctore Commentarii in epistolas S. Pauli incipientis: *Dedi te in luce gentium*, certo definire non potuit clariss. Jacobus Echardus, bonae notae manuscriptis codic bus destitutus, qui fidem facerent, Commentaria illa sive Nicolao Gorrano sive Petro de Tara tasia adscribenda fore. Ego vero quaestionem hanc certissime solvere possum, quia multo optimae notae codices reperi, eadem commentaria Petro de Tarantasia, qui dein summus Pon tifex Innocentius V appellatus fuit, adserentes. Idem Petrus de Tarantasia, cum esset Cardina lis, in Concilio Lugdunensi secundo orationem funebrem habuit in morte S. Bonaventurae, pro posito themate: *Doleo super te, frater mi Jonatha.* Casimirus Oudinus tomo tertio *De scriptoribus et scriptis Ecclesiasticis*, col. 503, editionis Lipsiensis an. 1732, de Petro Tarantasiensi agens: " Ha " bentur, inquit, tres ejus conciones in Concilio Lugdunensi secundo habitae; prima, die septima " Junii; secunda, die sexta Julii; tertia, in exequiis funeralibus S. Bonaventurae, qui in eodem " Concilio mortuus est. " Alias plures ego notavi conciones ab eodem habitas, ac neque ab Oudino, neque ab Echardo, neque ab amico meo Antonio Uccelli, neque ab A. Lecoy de la Marche detectas; sed eam, quam Oudinus et alii extare ajunt, in funeralibus exequiis S. Bonaventurae habitam, neque in impressis neque in mss. codicibus adhuc potui reperire. Pulcherrimam hanc fuisse, dignamque laudatore et laudato, cum ex multis circumstantiis arguere licet, tum etiam ex iis quae tradit aequalis scriptor Labbeanus (tom. 14 Concil. edit. Coletanae) certo discimus. Ait nempe: " Clarae memoriae fr. Bonaventura Albanensis " episcopus..... sepultus est..... in loco fratrum Minorum Ludguni, cujus exequiis interfuit " dominus Papa cum omnibus Praelatis, qui erant in Concilio et tota Curia. Et frater Petrus " Ostiensis Episcopus celebravit Missam, et praedicavit proposito themate: *Doleo super te, fra* " *ter mi Jonatha.* Multae lacrymae et gemitus ibi fuerunt (nempe in ecclesia fratrum Minorum " cum oratio funebris haberetur). Hanc ei (Bonaventurae scilicet) gratiam concesserat Dominus, " ut quicumque eum videbant, ipsius amore incontinenti caperentur ex corde. " Si quis eam orationem funebrem invenerit, ad quam multae lacrymae et gemitus emissi sunt, maximum munus nobis faceret ipsam indicando, vel postquam ab inventore edita fuerit.

Eam namque restituit Bonellus S. Bonaventurae, alienis rejectis additamentis, codicis ope manuscripti saeculi XIII Romanae Bibl. Angelicae, a manu prima exaratum Bonaventurae nomen ferentis, ad cujus exemplar, cum editione Coloniensi conlatum, primus ille edidit sub S. Bonaventurae nomine, ad quod etiam faciendum pro se habuit alterius codicis, nempe Heilsbronensis, auctoritatem, eamdem Postillam Bonaventurae inscriptam et nihil a codice Romano diversam complectentis. Ac tertium praeterea codicem indicavit, Tudertinum nempe et perantiquum, sed anonymum. Alios multos ego detexi optimae notae mss. codices, partim anonymos, partim cum nomine Bonaventurae, a manu prima exarato, ob quos nemini dubitare fas erit, quin edita a P. Bonelli Postilla in sancti Joannis Evangelium, genuinum sit opus Doctoris Seraphici. Quae cum ita sint, neque de fide quam meretur codex Italicus, summaria sermonum S. Bonaventurae referens, dubitare licebit: quandoquidem inter eos unus occurrit, qui, nedum convenit cum Prologo laudatae Postillae in Evangelium S. Joannis, sed et habitum fuisse a Bonaventura *quando incepit Joannem*, ejusdem exceptor testatur. Quinimo, sermo iste cum citato Prologo conveniens, ejusdem Postillae certitudinem maxime adauget; ac insuper per rubricam ipsi sermoni praepositam docemur, eam Postillam S. Bonaventuram et Parisiis fecisse et e cathedra Parisiensi publice legisse. Quibus etiam fidei praestandae, haud parvo argumento sunt codices Gallici plures saeculi XIII, in quibus vidi eundem sermonem cum Prologo concordantem, seu Prologi partem qua sermonem, a diversis audientibus diversimode fuisse relatam. His positis, videat primo lector, si ei placet, contractum sermonem codicis Italici sub n. I; ac dein eundem sermonem fusiorem sub n. II ex codice Gallico descriptum; ac demum utrumque inter se et cum Prologo sub n. III relato conferat, judicetque ipse an sententia nostra firmis nitatur fundamentis.

N. I.

SERMO FRATRIS BONAVENTURAE IN SCHOLIS PARISIIS QUANDO INCEPIT JOANNEM (1).

Ecce intelliget servus meus, et exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde. Isai. 52, 13. Commendatur in his verbis beatus Joannes a sanctitate vitae excellentis, in hoc quod dicitur: *servus meus.* A claritate intelligentiae supersplendentis, in hoc quod dicitur: *intelliget.* A sublimitate doctrinae singularis, in hoc quod dicitur: *exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde*, sicut suo loco dicetur.

Servum autem suum vocat eum Dominus ratione obsequii fidelissimi, quo ei obsequutus est. Num. 12, 7: Servus meus Moyses in omni domo mea fidelissimus est. Officii solemnissimi, ad quod praeordinatus. Isai. 49, 5: Haec dicit Dominus formans me ex utero servum sibi, dedi te etc. Beneficii specialissimi, quo plus ceteris privilegiatus est. Isai. 42, 1: Ecce servus meus etc. electus meus etc.

Intellexit autem beatus Joannes, Spiritus sancti unctione utilia. Isai. 28, 9: Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? ablactatus a lacte etc. Christi eruditione sublimia. Tertio Reg. 3, 12: Dedi tibi cor sapiens et intelligens etc. Angelica revelatione abscondita. Dan. 1, 17: Danieli autem dedit Dominus intelligentiam visionum et somniorum.

Fuit vero beatus Joannes exaltatus ad cathedram apostolicam. Psal. 106, 32: Exaltent eum in ecclesia plebis etc. Elevatus ad denuntiationem propheticam. Ezech. 8, 3: Elevavit me spiritus, et adduxit in coelum in visione gloriae. Sublimatus ad eruditionem evangelicam. Gen. 7, 17: Multiplicatae sunt aquae, et elevaverunt arcam in sublime a terra.

(1) Vide pag. 76, n. 141.

N. II.

IDEM SERMO FUSIOR EX ALIO CODICE DESCRIPTUS.

Ecce intelliget servus meus, et exaltabitur, et sublimis erit valde. Isai. 52, 13. Commendatur B. Joannes in verbo isto a tribus, videlicet a sanctitate cum dicitur: *ecce servus meus.* A claritate scientiae cum additur: *intelliget.* Ab excellentia doctrinae cum additur: *exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde.* Et habent haec tria ordinem. Nam sanctitas vitae meretur donum sapientiae et intelligentiae, et donum intelligentiae disponit ad excellentiam doctrinae.

Quantum ergo ad primum, commendans Dominus eum a sanctitate vitae, dicit eum esse *servum.* Non enim merentur dici servi, nisi qui in sanctitate serviunt ei omnibus diebus suis. Vocatur autem servus Domini, ratione fidelis obsequii, ratione officii sibi impositi, ratione beneficii sibi collati. De primo potest accipi quod dicitur Numer. 12, 7: Servus meus Moyses in omni domo mea fidelissimus est. Recte beatus Joannes in omni domo Christi fuit fidelissimus; in cujus rei attestationem, illum thesaurum, scilicet matris virginitatem, ei servandam Dominus commisit. De secundo dicitur Isai. 49, 1: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei: ecce praedestinatio. Et posuit os meum ut gladium acutum, in umbra manus suae protexit me, et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me: ecce officii, ad quod fuit praeordinatus, commissio. Et dixit mihi: Servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor: ecce servitutis acceptatio, quia suscepit officium istud non ad gloriam suam, sed ad divinam. De tertio. Isai. 42, 1: Ecce servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea; dedi spiritum meum super eum. Recte complacuit sibi in beato Joanne anima Domini: nam hic est discipulus ille quem diligebat. Joannis ultimo vers. 7.

Quantum ad secundum, in quo commendatur a claritate sa-

pientiae dicitur, *intelliget*. Merito autem sanctitate vitae obtinuit ipse donum sapientiae, quo fuit multipliciter ditatus. Intellexit enim utilia Spiritus sancti unctione, abscondita angeli revelatione, sublimia Christi eruditione. De primo dicitur Isai. 28, 9: Quem docebit et quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus. Nam ablactati et remoti a dulcedine praesentis consolationis merentur intelligere utilia, alii vero non. Unde 1 Cor. 2, 14: Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, et non potest intelligere. Beatus vero Joannes ablactatus fuit, quia patrem et matrem et sponsam, quam duxerat, amore Dei reliquit. De secundo potest accipi illud, pro eo, quod dicitur Dan. 1, 17: Dedit Dominus Danieli intelligentiam omnium visionum et somniorum: et hoc quidem ministerio revelationis angelicae. Unde Dan. 8, 16: Dixit unus angelus alii: Gabriel, fac istum intelligere. Sed hoc Angelus non faciebat auctoritate sua. In cujus rei testimonium, dum Joannes vellet adorare angelum, qui sibi hoc ostendebat, prohibuit: Vide ne feceris, conservus enim tuus sum et fratrum tuorum, Apoc. 22, 9. In quo manifestatur, quod non revelabat illa ut dominus, sed ut conservus. De tertio potest accipi de ipso quod Dominus dixit Salomoni, tertio Reg. 3, 12: Dedi tibi cor sapiens et intelligens in tantum, ut nullus ante te similis fuerit tui, nec post te surrecturus sit. Etsi enim Christus omnes suos discipulos docuit, tamen B. Joannem, quem prae ceteris diligebat, prae ceteris erudivit et intelligere fecit. Propter quod nullus fuit ante eum, nec postea secuturus est, qui ad tantam divinitatis cognitionem ascenderit sicut ipse. Nam fluenta evangelii de ipso Dominici pectoris fonte potavit.

Quantum ad tertium, in quo commendatur ab excellentia doctrinae, dicitur: *exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde*. Nam ratione triplicis intelligentiae fuit sublimatus ad triplicem dignitatem doctrinae, scilicet: exaltatus ad dignitatem apostolicam, quia intellexit utilia; elevatus ad annuntiationem propheticam, quia

intellexit abscondita; sublimatus ad doctrinam evangelicam, quia intellexit alta. Propter quae, tria nobilia condidit et Ecclesiae reliquit, scilicet: Epistolas canonicas, tamquam praedicator authenticus; Apocalypsim, tamquam propheta eximius; Evangelium, tanquam scriba doctissimus. De primo dicitur Psal. 106, 32: Exaltent eum in Ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum. Cathedra seniorum est cathedra apostolorum, in quo B. Joannes non sedit otiosus, sed erudivit praesentes verbis, absentes epistolis. Eccli. 15, 1: Firmabitur in illo et non flectetur, et continebit illum et non confundetur, et exaltabit illum apud proximos suos. De secundo Ezech. 8, 3: Elevavit spiritus me inter coelum et terram, et adduxit me in Jerusalem in visione Dei. Hac elevatione B. Joannes elevatus. Unde Apocalyp. 21, 10: Sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem, descendentem de coelo. Et hoc quidem vidit ad enuntiandum. Unde dictum est ei Apocalyps. 1, 19: Scribe quae vidisti, et quae sunt, et quae oportet fieri post haec; quia floruit triplici genere prophetiae. De tertio potest exponi pro eo illud Genes. 7, 17: Multiplicatae sunt aquae, et elevaverunt arcam in sublime a terra. Arca ista est beatus Joannes, in quo salvatum est semen verbi divini. Aquae illae multiplicatae, sunt aquae sapientiae salutaris, quae multiplicatae sunt in beato Joanne, quae ipsum elevaverunt in sublime super omnes montes, quia in evangelio altius omnibus est locutus. Unde dicit Augustinus: Si altius intonuisset, totus mundus capere non potuisset.

N. III.

S. BONAVENTURAE PROLOGUS EDITI COMMENTARII IN EVANGELIUM S. JOANNIS.

1. *Ecce intelliget servus meus, et exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde.* Quia commendatio auctoris redundat in opus, et commendatio operis in auctorem, ideo verbum propositum, quod scribitur Isai. quinquagesimo secundo (1), assumptum est, in quo beatus Joannes Evangelista commendatur a tribus: scilicet a sanctitate vitae, cum dicitur: *ecce servus meus;* a claritate intelligentiae, cum subditur: *intelliget;* ab excellentia doctrinae, cum subinfertur: *et exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde.* Nam is est ordo; sanctitas enim vitae meretur donum intelligentiae, et donum intelligentiae disponit ad excellentiam doctrinae.

2. Commendatur ergo a sanctitate vitae in hoc, quod Dominus vocat eum servum suum; non enim meretur dici servus Dei, nisi qui in sanctitate illi servit omnibus diebus: servum autem suum vocat eum Dominus ratione obsequii, quia ei fideliter est obsequutus. Unde recte potest de eo intelligi illud Num. duodecimo (2): Servus meus Moyses in omni domo mea fidelissimus est. Recte beatus Joannes in omni domo Christi fuit fidelissimus. In ejus rei testimonium, nobilissimum illum thesaurum, scilicet matris virginitatem, Dominus ei servandum commisit ratione officii, quod sibi a Deo fuit impositum, et ad quod praeordinatus fuit ab aeterno secundum illud Isai. quadragesimo nono (3): Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei. Ecce praedestinatio. Et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. Ecce officii praedicationis commissio. Et dixit mihi: Servus

(1) Vers. 13.
(2) Vers. 7.
(3) Vers. 1, ac seqq.

meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Ecce servitutis acceptatio, quia non suscepit officium illud ad gloriam suam, sed ad divinam, ratione beneficii, quod sibi Dominus contulit; quia a Deo electus, et praeelectus, et dilectus, et speciali munere gratiae ditatus fuit, secundum illud Isai. quadragesimo secundo (1): Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum. Recte complacuit sibi in beato Joanne anima Domini; nam hic est discipulus ille, quem diligebat Jesus, Joannis ultimo (2). Sic igitur supradictus servus Christi fuit beatus Joannes propter obsequium, officium, et beneficium.

3. Ob hanc sanctitatem vitae meruit donum intelligentiae, quo multipliciter fuit ditatus. Intellexit Spiritus sancti unctione, angelica revelatione, Christi eruditione. Spiritus sancti unctione intellexit utilia: angelica revelatione intellexit abscondita: Christi eruditione sublimia. Et in his tribus omnis appetitus, et desiderium nostrae intelligentiae consummatur, et perficitur. Intellexit igitur Spiritus sancti unctione utilia, quia ille Spiritus veritatis est spiritus salutis, de quo intellectu Isai. vigesimo octavo (3): Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus. Ablactati et semoti a dulcedine praesentis consolationis merentur intelligere utilia, alii vero non. Unde, primae ad Cor. secundo (4): Animalis homo non percipit ea, quae spiritus Dei sunt; stultitia enim est illi, et non potest intelligere ea, quae spiritualiter examinantur. Beatus vero Joannes ablactatus fuit, quia patrem, et matrem, ac etiam sponsam, quam duxerat, amore Dei dereliquit. Intellexit angelica revelatione abscondita, et quae ventura erant. Unde recte congruit ei quod dicitur Danielis primo (5): Dedit Dominus Danieli

(1) Vers. 1.
(2) Vers. 7.
(3) Vers. 9.
(4) Vers. 14.
(5) Vers. 17.

intelligentiam omnium visionum, et somniorum. Et hoc quidem ministerio revelationis angelicae. Unde, Dan. octavo (1), dixit unus angelus alii: Gabriel, fac istam intelligere visionem. Sed angelus hoc non faciebat propria auctoritate. In cujus rei testimonium, dum Joannes vellet adorare angelum, qui sibi illa ostendebat, prohibuit eum dicens: Vide ne feceris, conservus enim tuus sum, et fratrum tuorum, Apoc. vigesimo secundo (2). In quo manifestatur, quod non revelabat ut Dominus, sed ut conservus. Intellexit etiam Christi eruditione sublimia. Etsi enim Christus omnes suos discipulos edoceret, tamen beatum Joannem, quem prae ceteris diligebat, prae ceteris erudivit, et intelligere fecit. Unde recte potest de eo intelligi, quod dixit Dominus Salomoni, tertii Reg. tertio (3): Dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut ante te nullus similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Nullus enim ante eum fuit, nec post eum sequutus est, qui ad tantam divinitatis cognitionem ascenderet. Sic igitur intellexit beatus Joannes utilia, et abscondita, et sublimia; et ratione hujus triplicis intelligentiae sublimatur ad triplicem dignitatem doctrinae. Ideo dicitur *exaltabitur*, scilicet ad cathedram apostolicam: *elevabitur* ad denuntiationem propheticam: *et sublimis erit valde* per doctrinam evangelicam. Propter quod tria scripta condidit, scilicet Epistolas canonicas, tamquam praedicator authenticus; Apocalypsim, tamquam propheta eximius; et Evangelium, tamquam scriba doctissimus.

4. Primo igitur *exaltabitur* ad cathedram apostolicam; propter quod congruit ei quod dicitur in Psalmo centesimo sexto (4): Exaltent eum in Ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum. Cathedra seniorum est cathedra apostolorum, in qua beatus Joannes non sedit ut otiosus, imo erudivit praesentes

(1) Vers. 16.
(2) Vers. 9.
(3) Vers. 12.
(4) Vers. 32.

rbis, et absentes Epistolis. Ecclesiastici decimo quinto (1): Firbitur in illo, et non flectetur, et continebit illum, et non confundetur, et exaltabit illum apud proximos suos. *Elevabitur* denuntiationem propheticam secundum illud Ezechielis octavo (2): Elevavit me Spiritus inter coelum et terram, et adduxit me in Jerusalem in visione Dei. Hac elevatione beatus Joannes elevatus est; unde Apocalypsis vigesimo primo (3): Sustulit me in spiritu in montem magnum, et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem, descendentem de coelo a Deo. Et hoc quidem vidit ad denuntiandum; unde dictum est ei, Apocalypsis primo (4): Scribe quae vidisti, et quae sunt, et quae oportet fieri post haec: quia floruit triplici genere prophetiae. Et *sublimis erit valde* per doctrinam evangelicam, in qua omnes alios antecellit. Ideo recte exponi potest de eo, quod dicitur Genesis septimo (5): Multiplicatae sunt aquae, et elevaverunt arcam in sublime a terra. Arca ista beatus Joannes, in quo salvatum est semen verbi Domini. Aquae illae multiplicatae sunt aqua sapientiae salutaris, quae multiplicatae fuerunt in beato Joanne; quia sicut dicit Augustinus (6): Fluenta Evangelii de ipso Dominici pectoris fonte potavit. Istae aquae sapientiae ipsum elevaverunt in sublime super omnes montes, quia in evangelio altius omnibus est locutus. Unde dicit Augustinus: Si altius innuisset, totus mundus capere non potuisset. Sed quia doctoris sublimitas manifestatur in sublimitate doctrinae, recte videtur sublimis valde, si evangelii ejus sublimitas explicetur.

1) Vers. 3, ac seqq.
2) Vers. 3.
3) Vers. 10.
4) Vers. 19.
5) Vers. 17.
6) Augustinus sive incertus auctor praefat. in Evang. S. Joann.

CAPUT V.

Alterius sermonis exempla duo, quorum alterum in laudato codice Italico contractum valde, alterum vero cum eo conveniens multumque diffusum in Gallia repertum.

Quo magis firmentur, quae superius diximus de collectanei codicis Italici auctoritate, et integra, quam meretur, fide, alterum ex eo sermonem proferimus, eundemque postea exhibemus ad normam codicis cujusdam Gallici, extensum valde, itemque Bonaventurae nostro adscriptum manu prima, quam quidem ipsi Bonaventurae aequalem fuisse minime dubitamus. Idem codex Gallicus, parvis literis exaratus et notis compendiariis refertus, lectu est valde difficilis, continetque plures ac valde fusos S. Bonaventurae sermones, quos recte descripsit socius meus pater Eugenius e Venetiis. Ex altero hoc codice percipiet lector, quantum intercedat discriminis inter idem ab alio atque alio auditore ex ore dicentis exceptum atque in tabulas relatum. In codice namque Italico sermo n. 115 de S. Stephano, purum putumque schema esse videmus, cum ad eundem sermonem, in codice Gallico relatum, comparamus. Qui quidem sermo, cum ex ore dicentis, prolatus est, tam fusus fuit, ut orator non potuerit eum semel integre recitare, sed copiosam materiam, in divisione sermonis contentam, bis perorando digerere debuerit; ideoque materiam in sermonem et collationem sic partitus est, ut partem in illo primo, partem in altera explanarit, utramque vero eadem die persolverit. Hinc erui et patere potest, quid plerum-

ıe nomine *sermonis cum collatione* intelligendum veniat: ęm videlicet subjectum sub unitate divisum, eaque servata, s ab eodem oratore recitante explanari consuetum, ita ut rimo potior pars, secundo quae residua erat persolveretur. Sed ısius alibi de hac re agemus. Unum adhuc, quod nunc atnet, observandum putamus, quod scilicet sermo, quem una ım collatione sub n. II infra damus, non ita diffusus cenri debeat, uti ex ore Bonaventurae prolatus fuit, cum siquiem, excepta ex ore dicentis, breviora plerumque sint, quam rator dixerit, habeamusque sermones vere germanos S. Bonaenturae valde longiores.

Nemo autem quaeret in sermonibus saeculi XIII leporem lassicae eloquentiae, sed doctrinae theologicae admiretur praeantiam, sacrae Scripturae interpretandae peritiam, eamque vim efiniendi, dividendi et argumentandi, quae propria est methodi holasticae illius aetatis. Unde ad hujusmodi sermones, veluti l tractatus seu doctrinae fontes recurrendum est, non vero ut l formam classicae eloquentiae. Haec animadvertisse, antequam empla duo unius sermonis a diversis auditoribus in tabulas lati legantur, non abs re nobis visum, neque lectori videbitur.

I.

FESTO BEATI STEPHANI PROTOMARTYRIS, SERMO FRATRIS BONAVENTURAE EDITUS PARISIUS, IN DOMO FRATRUM MINORUM CORAM UNIVERSITATE.

Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Act. 6, 8. Commendatur in verbis beatus Stephanus, a dono excellenti per plenitudinem supernoım charismatum dum dicitur, *plenus gratia:* a dono stabili per gorationem internarum virtutum dum dicitur, *plenus fortitudine:* dono efficaci per magnitudinem extrinsecarum operationum dum citur, quia *faciebat signa magna et prodigia in populo.*

Circa primum nota, quod dispositus fuerat beatus Stephanus ad plenitudinem gratiae, per humiliationem mentis sub Jesu ex reverentiae profunditate, qua fuit ad gratiam praeparatus secundum illud Eccli. 32, 9: Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi bona gratia: per elevationem mentis in Jesum ex fiduciae stabilitate, qua fuit in gratia promotus secundum illud Hebr. 4, 16: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae ejus etc.; per configurationem mentis cum Jesu ex benivolentiae sanctitate, qua fuit in gratia fructuosus secundum illud Sap. 4, 15: Gratia Dei est in sanctis ejus etc.; per stabilitionem mentis post Jesum ex perseverantiae longanimitate, qua fuit in gratia consummatus secundum illud Hebr. ult. v. 9: Optimum est gratia stabilire cor.

Circa secundum nota, quod plenus fuit fortitudine, id est omni genere fortitudinis, quia fortis ad bella tentationum hostilium per fidei armaturam. Eccli. 46, 1: Fortis in bello Jesus Nave, qui fuit magnus etc.; ad itinera virtuosorum profectuum per spei firmaturam. Eccli. 46, 11: Dedit Dominus Caleb fortitudinem etc.; ad pericula afflictionum mundialium per caritatis laetitiam. Judic. 6, 14: Vade, et in hac fortitudine tua liberabis Israël de manu Madian: ad exercitia meritorum multiformium per bonitatis diligentiam. Cant. 4, 4: Omnis armatura fortium, et (1) ad bella doctissimi.

Circa tertium nota, quod fecit signa et prodigia in populo, quia homo fuit mirabilis virtutis per nobilitatem meriti. Eccli. 48, 15: Elizaeus in vita sua fecit monstra etc.; mirabilis veritatis per simplicitatem voti et claritatem ingenii. Joan. 6, 14: Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum: mirabilis sanctitatis propter puritatem innocentiae et austeritatem vitae. Joan. 3, 33: Qui autem facit veritatem, signavit quod Deus verax est: mirabilis amoris per dulcorem pietatis et flammam caritatis geminae. 2 Cor. 1, 21: Qui autem signavit nos et unxit Deus (2).

(1) Cant. 3, v. 8.

(2) Vulg.: Qui autem *confirmat* nos *vobiscum in Christo*, et *qui* unxit *nos*, Deus.

II.

IDEM SERMO VALDE FUSUS EX COD. GALLICO DESCRIPTUS.

Stephanus plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Dominus Jesus misit me ad te ut videas, et implearis Spiritu sancto (1). Verba ultima sunt Ananiae ad Saulum, qui postea factus est Paulus et Doctor gentium; et missus est Ananias ad Saulum, ut per ejus ministerium videret et impleretur Spiritu sancto. Hoc (est) ministerium ad quod ordinatur sermo divinus, scilicet ut audiens videat, et impleatur Spiritu sancto. Omnis auditor verbi Dei qui vult esse instar Pauli, debet sermonem audire ut videat, et impleatur Spiritu sancto, quia sermo Dei illuminat intellectum. Psal. (2): Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. Item inflammat affectum. Psal. (3): Ignitum eloquium tuum vehementer. Et ideo quando homo in auditu verbi Dei non illustratur nec inflammatur, tunc frustra audit. Sed felix est qui illustratur et inflammatur in auditu verbi Dei, quia inchoatio meriti est in illustratione intellectus, et consummatio praemii est in inflammatione affectus. Sed ista non contingunt in sermone, nisi sit sermo per linguam Spiritus sancti, de qua Psal. (4): Lingua mea calamus. Sequitur: Diffusa est gratia in labiis tuis, id est per sermonem in auditoribus. In principio igitur etc.

Stephanus plenus gratia etc. Consuetudo magnorum est, alios in magnis festis vocare ad convivium, et si hoc fiat ad ostensionem caritatis, laudabile; et ideo Christus noluit solus esse in convivio jucunditatis. Vocavit familiares, amicos (et) servos, ut

(1) Act. 9, v. 17.
(2) 118, v. 130.
(3) Ibid., v. 140.
(4) 44, v. 2, 3.

participes essent gaudii. Christus in nativitate fecit convivium nuptiale: In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tamquam sponsus etc. (1), scilicet quando per indissolubilem formam processit de utero virginali; et tunc invitavit ad nuptias milites suos. Habuit autem milites parvulos, qui infantili aetate pro ipso sunt passi, ut Innocentes. Habuit etiam militem juvenem, qui in flore juventutis est passus. Habuit iterum militem senem, scilicet Joannem, qui centenarius in dolium est missus; et omnes illi fuerunt innocentes et martyres. Beatus Stephanus martyr fuit affectu et effectu: Joannes affectu, non effectu, quia non ex martyrio est mortuus: Innocentes autem fuerunt martyres effectu tantum, quia non habuerunt usum liberi arbitrii. Istos vocavit Dominus specialiter ad nuptias suas; modo autem vocat omnes sine acceptione personarum. Istos milites fecit Dominus sedere in convivio suo secundum ordinem: magis enim est esse martyrem affectu et effectu, quam affectu tantum. Ideo beatus Stephanus immediate fuit positus post diem Nativitatis Domini: Joannes tertio loco, quia fuit martyr affectu, et plus est esse martyrem affectu quam effectu: Innocentes effectu tantum, quia non habuerunt usum liberi arbitrii, et ideo quarto loco posuit Innocentes, et postea beatum Thomam moderni temporis, qui fuit renovatio martyrii. Unde vere impletum est illud Joannis (2): Verbum caro factum est et habitavit in nobis etc. Sequitur: De plenitudine (ejus) accepimus omnes (3), scilicet infantes, juvenes et senes; quidquid enim gratiae est in nobis, totum est a Verbo incarnato.

Stephanus etc. Habuit gratiam excellentem, stabilem et efficacem. Habuit gratiam excellentem, ideo dicitur: *Stephanus plenus gratia*. Et quia cum gratia habuit fortitudinem, ideo dicit: *et fortitudine*. Et quia cum hoc plenus fuit bona operatione, ideo subdit: *faciebat* etc. Unde commendatur in verbis istis a tribus.

(1) Psal. 18, v. 6.
(2) Cap. 1, v. 14.
(3) Joan. 1, v. 16.

Primo a plenitudine supernorum charismatum, cum dicit: *Stephanus plenus gratia*..... influentia a Deo accepta. Secundo commendatur a multitudine internarum virtutum, cum dicit: *et fortitudine*. Tertio a magnitudine externarum operationum, cum dicit: *faciebat* etc. Secundum hoc, primo commendatur in comparatione ad Deum, secundo in comparatione ad seipsum, tertio in comparatione ad proximum, refundendo gratiam acceptam in proximum. Secundum hoc commendatur quoad virtutes susceptivas, custoditivas, communicativas. Sed plenitudinem gratiae non habuit ex se, sed ab illo qui erat Verbum plenum gratiae, scilicet a Christo. Unde Apostolus (1): Lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per Christum facta est. Et quamvis gratia non sit ex meritis nostris, imo sit donum Dei, ut dicit Apostolus (2): Gratia Dei salvati estis: oportet tamen quod homo se disponat (3) ad susceptionem gratiae. Disponitur autem homo ad gratiam humiliatione mentis sub Jesu, elevatione mentis ad Jesum, configuratione mentis cum Jesu, et stabilitate mentis apud Jesum.

Primo dico disponitur ad gratiam humiliatione mentis sub Jesu per reverentiae profunditatem, qua ad gratiam praeparamur. Secundo disponimur ad gratiam elevatione mentis ad Jesum per fiduciae sublimitatem, qua in gratia promovemur. Tertio configuratione mentis cum Jesu per benevolentiae latitudinem, qua in gratia proficimus. Quarto stabilitate mentis apud Jesum per perseverantiae longanimitatem, qua in gratia perseveramus. Et hoc est quod dicit Apostolus (4): In caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum.

Primo ergo disponitur (homo) ad gratiam humiliatione mentis sub Jesu per reverentiae profunditatem, qua ad gratiam praepara-

(1) Joan. 1, c. 17.
(2) Ad Ephes. 2, v. 5.
(3) Codex habet: *per* se disponat.
(4) Ad Eph. 3, v. 17, 18.

mur. Unde in Ecclesiastico (1): Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi bona gratia. *Audi tacens*, simpliciter credendo, et humiliter obtemperando. Hoc vidit beatus Stephanus, et ideo electus est ab apostolis tamquam ille qui dignus est aliis ministrare. Act. (2): Elegerunt apostoli Stephanum plenum fide et Spiritu sancto; *plenum fide* operante per dilectionem, quia captivavit intellectum suum in obsequium Christi, et voluit succedere in ministerio viduarum, quia credebat quod gratia impleretur propter humilitatem, juxta illud Psalmi (3): Elegi abjectus esse in domo Dei mei, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Sequitur: Quia misericordiam et veritatem diligit Deus. Aliter enim quam per humilitatem non venit homo ad gratiam, quia dicit Jacobus (4): Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Hoc est per se verum, Deus humilibus dat gratiam. Et ideo Christus, qui est fontale principium gratiae, exinanivit semetipsum. Propter hoc dicitur in Ecclesiastico (5): Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Gratia Dei non requiescit nisi super humiles; ideo Bernardus super Cant. (6): « In veritate comperi nil tantum valere ad gratiam Dei acquirendam, conservandam et recuperandam, sicut si omni tempore inveniaris non altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pavidus (7). Time cum gratia tibi arriserit; time cum gratia abierit; time cum gratia denuo revertetur (8). » Hoc est donum, scilicet gratia, quae Deo debet attribui, quia ipse est fontale principium et origo totius gratiae: et: Flumina revertuntur ad locum unde exeunt (9), et ideo Christo gratia est attribuenda.

(1) 32, v. 9.
(2) 6, v. 5.
(3) 83, v. 11, 12.
(4) 4, v. 6.
(5) 3, v. 20.
(6) Tom. 2, col. 735, serm. 54, edit. Venet. 1750.
(7) Prov. 18, v. 14.
(8) S. Bernard. ibid.
(9) Eccl. 1, v. 7.

Secundo disponimur ad gratiae plenitudinem elevatione mentis ad Jesum per fiduciae sublimitatem, qua in gratia promovemur. Unde ad Hebr. (1): Adeamus cum fiducia thronum gratiae, ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in tempore opportuno. Thronus gratiae est Beata Virgo, in qua Assuerus rex mansuetus requievit; vel thronus gratiae est humanitas Christi, quia Christus ad hoc est humanatus, ut gratiam in nos diffundat. Ad Rom. (2): Justificati ex fide pacem habeamus in Dominum Jesum Christum, per quem accessum habemus ad gratiam istam, in qua gloriamur in spe gloriae filii Dei. Et alibi (3): Misit Deus filium suum factum ex lege etc. Sed ubi quaerendum? Modo non est in praesepio. Beatus Stephanus cum esset intendens in coelum, vidit Jesum stantem a dextris virtutis Dei; quaerebat gratiam ubi fuit. Radius perpendicularis quando cadit recte super objectum, revertitur in suum originale principium; sic gratia quae a Deo descendit in beatum Stephanum, ipsum reduxit in suum principium, quia recognovit se habere gratiam a Deo. Si igitur volumus habere gratiae plenitudinem, oportet quod cum fiducia adeamus Deum. Et propter hoc dicit beatus Petrus (4): Succincti lumbos mentis vestrae, sobrii et perfecti sperate in illa quae vobis offertur gratia. Lumbi sunt in quibus est seminarium generationis et delectationis originaliter. Originale autem principium germinationis et generationis est memoria cum intelligentia: originale autem principium delectationis est voluntas. Debemus igitur voluntatem et memoriam sursum levare, et succingere operationes et affectiones nostras sperando in gratia Dei, et debet esse tota spes nostra in Christo. Apostolus (5): Si consurrexistis cum Christo quae sursum sunt sapite, quae sursum sunt quaerite.

(1) 4, v. 16.
(2) 5, v. 1, 2; Vulg. in spe gloriae *filiorum* Dei.
(3) Ad Galat. 4, v. 4.
(4) Epist. 1, cap. 1, v. 13.
(5) Ad Coloss. 3, v. 1, 2.

Sed de quibusdam dicitur in Ecclesiastico (1): Gratiae fatuorum effunduntur. Fatui sunt, qui spretis superioribus, convertunt se ad ista terrena. Psal. (2): Oculos suos statuerunt declinare in terram. Afficiuntur perversa affectione: aliquando per verba indecentia, vel per jocos impudicos, perdunt propter ineptas laetitias quidquid tempore isto lucrati sunt.

Tertio disponimur ad plenitudinem gratiae configuratione mentis ad Jesum per benevolentiae latitudinem, qua in gratia proficimus. Unde Apostolus (3): Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen. Conjungit autem gratia Dei cum communicatione Spiritus sancti, quia illa anima plena est gratia, quae configuratur Christo in communicatione bonorum Spiritus sancti. Deus est fontale principium gratiae et dat, sed non recipit, quia suum est dare. Oportet igitur qui plenus est gratia quod sit liberalis, communicando aliis quod habet gratiae. Unde beatus Petrus (4): Unusquisque ut accepit gratiam in alterutrum ministrantes, sicut boni dispensatores gratiae Dei. Angeli sunt deiformes, quia charismata gratiarum, quae a Christo recipiunt, in corpus ecclesiae mysticum refundunt. O quanta liberalitas et benevolentia fuit in beato Stephano, qui gratiam receptam a Deo, in alios ipsum lapidantes refudit. Unde dicitur (5), quod intuentes eum omnes qui erant in concilio, videbant faciem ejus tamquam faciem angeli. Simus igitur et nos imitatores non daemonum, sed angelorum: in facie enim invidorum nihil est claritatis, quia bonum in aliis non vident, sed malum. Contra tales dicit Apostolus (6): Adjuvantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ille in vacuum recipit gratiam,

(1) 20, v. 13.
(2) 16, v. 11.
(3) 2 Cor. 13, v. 13.
(4) Epist. 1, cap. 4, v. 10.
(5) Act. 6, v. 15.
(6) 2 Cor. 6, v. 1.

qui nihil gratiae in aliis refundit. Gratia assimilatur fonti, qui si aquam non refundit, perdit rationem fontis: unde non est gratia sicut cisterna, sed sicut fons. Quidquid igitur habes datum, sive sit facundia, sive aliquod bonum, semper debes in alium refundere.

Quarto disponitur (homo) ad plenitudinem gratiae stabilitione mentis apud Jesum per perseverantiae longanimitatem, per quam in gratia perpetuamur. Christus ipse ab aeterno promittit, heri, et hodie, et in saecula: Nolite doctrinis variis et peregrinis abduci (1). Optimum enim est in gratia stabiliri. Sed quomodo possumus in gratia stabiliri docet Apostolus ad Titum: Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et carnalia desideria, sobrie, et pie, et caste vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et adventum judicis (2). Debes sequi viam quae apparet; sed in Christo apparuit gratia; debemus igitur sequi viam Christi, non perturbationes mundanas si volumus in gratia stabiliri, quia dicit Anselmus: Cor quod in aeternitate fixum non est, omni mutabilitate mutabilius est. Cor mundanis intentum non est aptum ad susceptionem gratiae; et propter hoc dicit Apostolus ad Hebraeos (3): Confidentes ne quis vestrum desit gratiae Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. Sequitur: Ne quis inter vos fornicator aut profanus Esau, (qui) propter unam escam perdidit primogenita sua. Similiter propter unam delectationem perdit homo regnum coelorum. Audivi a quodam, quod non esset magnum habere gratiam, quia latro quandoque habet gratiam, sed cum videt tempus optimum ad malefaciendum, perdit gratiam: sed stabiliri in gratia magnum est. Per duo stabilitur homo in gratia: unum est centrum, aliud est circumferentia. Centrum imo natura centralis est firma; similiter ultimum

(1) Ad Hebr. 13, v. 9.

(2) Cap. 2, v. 11, 12, 13; Vulgata: et *saecularia* desideria sobrie, et *juste*, et pie vivamus.... et adventum *gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.*

(3) Cap. 12, v. 15, 16; Vulgata: *Contemplantes* ne quis desit gratiae Dei..... *germinans impediat*.... profanus *ut* Esau qui..... *vendidit primitia sua.*

coelum, quod est empyreum, est immobile. Et secundum hoc sunt duo principia, per quae homo stabilitur in gratia: unum est quod habeat oculum ad aeternitatem praemii, aliud est quod habeat oculum ad aeternitatem supplicii. Per primum stabilitur ut faciat bonum, per secundum ut non faciat malum. Habeamus igitur oculos Stephani, ut exemplo ejus intueamur in coelum. Patet modo, quomodo commendatur beatus Stephanus a plenitudine gratiae.

Et quoniam gratia est influentia revocans animam in simplicitatem primam, et quanto aliquid est simplicius, tanto est virtuosius, et quanto virtuosius, tanto est fortius: ideo quia beatus Stephanus plenus fuit gratia, ideo cum hoc plenus fuit fortitudine. Fuit autem fortis ad bella, ad itinera, ad pericula et ad exercitia. Fortis fuit ad bella hostilium tentationum, ad itinera virtuosorum profectuum, ad pericula mundialium adversitatum, ad exercitia multiformium meritorum.

Primo dico fuit fortis ad bella hostilium tentationum per armaturam fidei. Unde signatur per Josue in Ecclesiastico (1): Fortis in bello Jesus Nave successor Moysi, magnus in fide et maximus in salutem electorum Dei. Moyses reliquit successorem Josue, ut esset dux primus: similiter Christus reliquit beatum Stephanum post ipsum. Sequitur in Josue (2), quod Josue superavit Jericho et inimicos suos magis fide quam potentia, et dictum est ei ut faceret septem circuitus circa muros Jericho, et in septimo circuitu ceciderunt muri. Diabolus inclinat nos ad superbiam, qui est draco habens septem capita, quae sunt superbia, avaritia etc. quae debemus vincere resistendo per fidem. Unde Petrus (3): Adversarius vester diabolus circuit, cui resistite fortes in fide. Debemus igitur facere septem circuitus ut vincamus diabolum. Si tentat te de superbia, facias circuitum, et videas quomodo cecidit diabolus propter superbiam suam: unde

(1) 46, v. 1, 2; Vulg. magnus *secundum nomen tuum*.
(2) Cap. 6.
(3) Epist. 1, cap. 5, v. 8, 9.

dicit Dominus (1): Videbam satanam quasi fulgur de coelo descendentem. Si incipias invidere, facias circuitum, et vide quomodo Cain prostratus est; melius est pati cum Abel justo, quam cum Cain excruciari in inferno. Similiter si diabolus dicat tibi, injuria est tibi facta, irascaris; vide Pharaonem, qui submersus est in mari rubro. Similiter si tentaris de accidia, quod bonum est esse otiosum, fac circuitum, et vide quomodo Isboseth qui dormiebat in die latrunculis interfectus est. Si vis opulentari, in quo vitio diabolus virtutem protendit, cogitat homo quod multa bona faciet et non daret unam eleemosynam; fac circuitum, et vide divitem qui dixit: Anima mea, multa bona habes in plurimos annos. Et dictum est ei: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te (2). Si tentaris de gula, vide divitem Epulonem qui est in inferno, et Lazarum qui nunc est in coelo. Si tentaris de luxuria, cogita quod non solum in futuro, sed in praesenti hominem reddit despicabilem et hominibus odiosum, et teneas castitatem. Sic faciendo septem circuitus, debes vincere per fidem, quia sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, et adepti repromissionem (3). Oportet igitur pugnare cum diabolo, vel esse servus diaboli. Philistaei Samsonem, amissa fortitudine sua, fecerunt eum molere (4). Philisthiim interpretantur lingentes sanguinem, et signant delectationes carnales, quae non sunt nisi circulationes. Hodie comedit homo, et cras vult comedere, et delectationes carnales faciunt hominem circuire molam. Et propter hoc dicit Isaias (5): Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad (miscendam) ebrietatem. Quidam de synagoga surrexerunt disputantes cum Stephano, et non poterant resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur, quia circumseptus fuit armatura Dei. Unde Augustinus: Procul du-

(1) Luc. 10, v. 18; Vulg. Videbam satanam *sicut* fulgur de coelo *cadentem*.
(2) Luc. 12, v. 19, 20.
(3) Ad Hebr. 11, v. 33.
(4) Judic. 16, v. 21.
(5) Cap. 5, v. 22.

bio munimine regno circumseptus nullatenus potuit ab adversariis superari. Et Philosophus dicit: Talia dedimus tibi arma, quae si non abjecisses, invictus fuisses.

Secundo fuit fortis beatus Stephanus ad itinera virtuosorum profectuum per armaturam spei. Unde Ecclesiasticus (1): Dedit Deus fortitudinem Caleb ut ascenderet in excelsum terrae. Spes enim est cibus, in cujus fortitudine Elias (2) ambulavit quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. Isaias (3): Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem suam, assument pennas ut aquilae, et volabunt etc. Spes facit hominem fortem: spe lucri vadunt homines ultra mare, unde si tollas spem cessabit fortitudo. Sed si spes temporalium hominem facit fortem, multo plus spes aeternorum, quia dicit Apostolus (4): Id quod in praesenti momentaneum et leve est tribulationis nostrae, aeternum pondus gloriae operatur in nobis; scilicet, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit (5). Sed de multis conqueritur Dominus per Jeremiam (6): Factus, inquit, est cursus eorum malus et fortitudo (eorum) dissimilis. Fortes sunt ad vitia et debiles ad virtutes.

Tertio fuit beatus Stephanus fortis ad pericula mundialium adversitatum per solatium charitatis: unde signatur per Gedeonem, cui dixit Angelus (7): Dominus tecum, virorum fortissime, in hac fortitudine liberabis populum de manu Madian. Et praecepit ei angelus ut cum ceteris viris accederet ad castra Madian, et acciperent tubas, et lagunculas, et lampades coruscantes in manibus, et quod comprehenderent lagunculas, et sonarent tubas, et remanerent lampades coruscantes, et tunc

(1) Cap. 46, v. 11.
(2) Mss. hab. *Elizaeus*.
(3) Cap. 40, v. 31.
(4) 2 Cor. 4, v. 17.
(5) 1 Cor. 2, v. 9.
(6) Cap. 23, v. 10.
(7) Judic. 6, v. 12, 14.

fugerent eorum inimici. Tubae in manibus est praedicatio veritatis, lagunculae confractae sunt sancti martyres, lampades coruscantes sunt miracula sanctorum, quae remanent post ipsorum martyrium: vel lampades coruscantes possunt dici charitativae affectiones, quae manent destructis corporibus. Unde, confracto corpore beati Stephani, remansit charitativa affectio ejus, per quam conversus est Saulus, quia fortis est ut mors dilectio etc. (1). Et propter hoc dicit Apostolus (2): Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, etc. Et in Canticis (3) dicitur: Lampades ejus, lampades ignis; aquae multae non potuerunt extinguere charitatem. Sed e contra multi sunt fortes per odium iniquitatis, non per amorem charitatis, de quibus in libro Sapientiae (4): Opprimamus virum pauperem, non misereamur viduae etc.

Quarto fuit fortis ad exercitia multiformium meritorum per habitum quadriformium virtutum cardinalium, quod figuratur in libro Regum (5), ubi dicitur: Deus qui accingit me fortitudine, et complantavit ut perfectam viam meam. Non enim est fortitudo sine habitu trium virtutum cardinalium, scilicet sine temperantia, justitia et prudentia, et sine habitu trium theologicarum, scilicet fidei, spei et charitatis; quod figuratur in Cantic. (6), ubi dicitur, quod lectum Salomonis ambiunt sexaginta fortes; in quo figuratur et fortitudo quae habet annexionem ad tres virtutes alias cardinales, et theologicas, quae faciunt senarium numerum, quae virtutes sex reductae per denarium, qui est consummatio (7) decalogi, faciunt numerum sexagenarium.

(1) Cant. 8, v. 6.
(2) Ad Rom. 8, v. 35.
(3) Cap. 8, v. 6, 7.
(4) Cap. 2, v. 10; Vulg. Opprimamus pauperem *justum*, et non *parcamus* viduae.
(5) 2 Reg. cap. 22, v. 33; Vulg. Deus qui *accinxit* me fortitudine, et *complanavit* perfectam viam meam.
(6) Cap. 3, v. 7; Mss. quod figurabatur in *libro Regum*.
(7) Mss. habet: *conservatio*.

Et hoc est quod dicit, quod sexaginta fortes ambiunt lectum Salomonis, quia fortitudo requirit alias sex virtutes, quae reductae per numerum denarium, resultant in numerum sexagenarium. Rogabimus Dominum etc.

Collatio Bonae aventurae (1).

Stephanus plenus gratia etc. Dictum est quod beatus Stephanus commendatur in verbis istis, primo quantum ad plenitudinem supernorum charismatum, secundo quantum ad multitudinem internarum virtutum, tertio quantum ad magnitudinem et fortitudinem extrinsecarum operationum. De primis duobus dictum est. Restat dicere modo de tertio, scilicet de magnitudine extrinsecarum operationum, quod tangitur, cum dicit: *faciebat* etc. Manifestatur autem substantia per virtutem, virtus per operationem; unde Dominus (2): Opera quae ego facio, testimonium perhibent de me. Multa bona fecerunt multi, qui tamen postea sunt damnati: unde in Matth. (3): Domine, in nomine tuo daemonia ejecimus: prophetavimus et virtutes multas fecimus; et dicet Dominus: Nescio vos, discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Sapientia christiana aliud dicit de operibus virtutum, et aliud philosophi. Philosophi dicunt secundum exteriorem intellectum, et nisi sane intelligantur, ducunt in errorem. Dicimus, boni sumus quia bona facimus; sed certe bonum non est meritorium, nisi sit gratia informatum. Bonum facimus, ergo boni sumus: verum est de virtute consuetudinali, quae est habitus politicus; vera autem bonitas est, quia si boni sumus, bona

(1) Hic titulus a prima manu exaratus fuit immediate post praemissum sermonem, folio verso, in initio columnae primae.

(2) Joan. 5, v. 36.

(3) Cap. 7, v. 22, 23; mss. habet: unde in *Luca*.

aus. Unde (1): Respexit Dominus ad Abel et opera ejus; Cain autem respexit, et non ad munera ejus. Ex bona virprocedit bona operatio, et ex virtute mirabili procedit opemirabilis et prodigiosa. Beatus Stephanus commendatur, fecit signa et prodigia, quia mirabilis fuit in se et in sante sua. Ad hoc autem quod homo sit dignus admiratione, tet quod sit mirae virtutis, mirae veritatis, mirae sanctitatis iiri amoris; sed ista fuerunt in beato Stephano; ergo fuit us admiratione, quod probant opera sua; quia quando opera edunt secundum quod debent, tunc verum testimonium dant iomine.

Primo dico, beatus Stephanus fuit mirae virtutis. Sed quid esse mirae virtutis? certe quando est sublimitas operis, et ilitas cordis, hoc est quando homo sentit, quod de se non ea quae fecit, sed per virtutem divinitus acceptam. Unde Joan. dicit Dominus (2): Qui credit in me, opera quae facio, faciet, et majora horum faciet, quia vado ad pa- etc. Oportet igitur humiliari, quia si forte (3) superat homines, et dicerent, manus nostra haec (fecit), non facequae fecerunt. Et propter hoc dicit Augustinus: Miranda cum elatione non elevat, sed gravat; et Dominus in a (4): Cum omnia bene feceritis, dicite, servi inutiles su-; vult quod totum Domino attribuamus, et nihil nobis. e tres pueri in camino ignis magnificentiam et gloriam Deo ibuebant et se deprimebant (5). Talis etiam fuit beatus Stenus, quia fuit magnarum operationum et parvi sensus, et hoc t fides christiana. Philosophi cum magna agerent, tamen

Genes. 4, v. 4, 5; Vulg. Respexit Dominus ad Abel et *ad munera ejus.* Ad Cain vero, et unera illius non respexit.

Cap. 14, v. 12.

Deuter. 32, v. 27; Vulg. *ne* forte superbirent *hostes,* et dicerent: Manus nostra *excelsa, et Dominus* fecit haec.

Cap. 17, v. 10; Vulg. Cum feceritis omnia *quae praecepta sunt vobis,* dicite etc

Dan. 3, v. 24 et seq.

non pervenerunt ad magnum Deum, quia Deus elegit humiles totum Deo attribuerent. Talis fuit beatus Stephanus, et id magna operatus est: unde signatur in Ecclesiastico per Eliseu de quo dicitur (1): In vita sua fecit monstra, et in mo mirabilia operatus est. Ad memoriam beati Stephani sex m tui sunt resuscitati, praeter quos in vita sua suscitavit. In tra latione sua ultima legitur, quod Theodosius imperator roma habuit filiam possessam a daemone, qui dixit, quod numqu exiret, nisi per beatum Stephanum, qui fuit in civitate Cons tinopoli: et dixerunt illi, quod ponerent puellam in navi. dixit daemon: Faciam periclitari navem. Tunc illi timentes p culum non audebant ipsam ponere in navi; et tunc misit im rator ad patriarcham Constantinopolitanum, rogans ut daret corpus beati Stephani. Qui respondit: Libenter, dummodo datis nobis corpus beati Laurentii; et tunc impetravit imper a Papa, ut pro corpore beati Stephani redderent corpus b Laurentii. Et cum apportatum est corpus beati Stephani, vo runt ipsum ponere in tumbam beati Laurentii. Et dixit P quod non poneret manum in removendo corpus beati Laure sed quod ipsi accederent et sumerent corpus. Cum aperuis sepulchrum, et vellent accipere corpus beati Laurentii, facti omnes coeci. Tunc fecerunt votum beato Laurentio, quod co ejus non removerent, et redditus est eis visus. Postea cum ve ponere corpus beati Stephani intra, corpus beati Laurentii s sit, et dedit locum beato Stephano. Fuit igitur mirabilis virt

Secundo fuit mirabilis veritatis. Ille autem est mirabilis ritatis, in cujus opere simul concurrunt claritas exempli rioris, et simplicitas oculi interioris. Opus enim veritatis, opus claritatis. Unde in Joan. (2): Qui male agit, odi

(1) Cap. 48, v. 15.

(2) Cap. 3, v. 20, 21; Vulg. *Omnis enim* qui male agit, odit lucem, *et non venit ad luc non arguantur opera ejus.* Qui *autem facit veritatem*, venit ad lucem, ut manifestentur ejus, *quia* in Deo sunt facta.

em. Sequitur: Qui bene agit, venit ad lucem ut manifestentur opera ejus, quoniam in Deo facta sunt. Et propter hoc dicit Dominus Apostolis (1): Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in coelis est. Hypocritae autem faciunt opera sua, ut videantur ab hominibus, et ideo evanescunt. Et propter hoc cum claritate operis oportet quod adsit simplicitas oculi. Ideo dicit Dominus (2): Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Debes facere bonum in occulto quantum ad te, sed in publico quantum ad aedificationem proximi. Beatus Stephanus magnae fuit veritatis, ergo et magnae virtutis. Quaedam (3) fuit mulier nomine Petronia (4), quae diu fuerat afflicta aegritudine, et omnia quae habebat expenderat in medicinis. Et narrat Augustinus lib. (5) de Civit. quod invenit quemdam Judaeum magicis artibus imbutum, qui consulit ei, quod faceret cingulum de capillis suis, et poneret annulum quemdam (6) in cingulo et portaret ad renes, et sic curaretur. Et cum non posset curari, audivit, quod beatus Stephanus multa miracula faceret: multum devota cogitavit ire ad templum beati Stephani. Et cum iret in via vidit annulum illum jacere in terra, et statim cogitavit quod ruptus esset cingulus et quod annulus esset fractus: respexit et vidit annulum integrum. Hoc autem fecit beatus Stephanus, qui voluit quod sine omni superstitione intraret templum, et hoc potuit veritas fidei. Sed multi in superstitione sua efficiuntur stulti. Audivi de quodam, qui voluit esse expertus in alchymica, factus est stultus: unde ista curiosa non sunt dicenda pueris, quia animae puerorum seducuntur, sicut quod puer efficitur strabo, quando lucerna est ex adverso.

(1) Matt. 5, v. 16.
(2) Matt. 6, v. 1.
(3) Vide S. August. vol. 7, col. 670, n. 21, edit. Venet. 1730.
(4) Mss. habet: *Petronica.*
(5) 22, cap. 8.
(6) Codex habet: *quoddam.*

Tertio fuit beatus Stephanus mirabilis virtutis quia mirabilis fuit sanctitatis. Mirabilis sanctitas est in cujus opere simul concurrunt puritas innocentiae, et austeritas vitae: sed beatus Stephanus habuit puritatem innocentiae quia innocens est, qui in omnibus divinae legi consentit, et facit quae divina lex praecipit, quia non auditores tantum, sed factores verbi Dei justificabuntur (1). Oportet igitur habere puritatem innocentiae, et cum hoc requiritur austeritas vitae. Et secundum hoc dicit Joannes Baptista: Agite dignos fructus poenitentiae. Jam securis ad radicem arboris posita est, omnis arbor quae non facit fructum abscidetur, et in ignem mittetur (2). Christus asperrimam duxit vitam, similiter Joannes Baptista et omnes sancti, similiter et beatus Stephanus, et ideo mirabilis fuit sanctitatis. Unde multa miracula fecit. Unde etiam narrat Augustinus (3), quod contigit (in) Cappadocia, quod homo habebat quatuor filios et tres filias; Mortuus est pater; filii autem non reverentes matrem injuriati sunt ei: mulier impatiens maledixit eis, et pro peccato commisso filii ejus agitabantur continuo tremore. Postea duo ex illis, scilicet unus filius et una filia verecundati exiverunt propriam terram, et die Paschatis venerunt in ecclesiam beati Stephani, in qua celebrabat beatus Augustinus, et visi sunt toti populo ita trepidare. Accessit filius ad altare et ibi coepit obdormire, et cum evigilatus est, non trepidabat. Hoc videns populus cantabat laudes Domino. Tunc beatus Augustinus jussit ipsum reservari usque in crastinum, et quaesivit ab eo, si causam sciret infirmitatis suae. Et cum dixisset ei causam, narravit beatus Augustinus miraculum toti populo et secundo, maledictionem per peccatum inflictam. Beatus Stephanus qui fuit innocens et tamen

(1) Ad Rom. 2, v. 13.

(2) Luc. 3, v. 8, 9; Vulg. *Facite ergo* fructus *dignos* poenitentiae.... jam *enim* securis ad radicem *arborum* posita est. Omnis *ergo* arbor non *faciens* fructum bonum *excidetur*, et in ignem mittetur.

(3) Edit. Venet. cit., col. 671.

alde poenitens, fecit propitiari peccatis alienis. Fuit igitur mirabilis sanctitatis.

Quarto fuit miri amoris. Mirabilis autem amor est in quo simul concurrunt rigor severitatis et dulcor benignitatis. Tales fuerunt sancti, qui habuerunt zelum cum pietate Dei. Psal. (1): Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis. Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites etc. Ad faciendam etc. Talis fuit Moyses, Elias et Matthathias qui multi sunt injurias Dei. Sed oportet quod judicium concomitetur pietas, quia judicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam (2). Sed in beato Stephano fuit magna benignitas, quia positis genibus orabat dicens (3): Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt (4); et in Matth. (5): Estote perfecti sicut pater vester coelestis, qui solem suum facit oriri super justos et injustos (6). Item in eodem (7): Diligite inimicos vestros, benefacite etc. Mirabilis enim caritatis fuit beatus Stephanus, quia cum zelo habuit maximam compassionem, et in hoc imitator fuit Christi, qui cum apprehenderetur a Judaeis, sanavit auriculam servi. Hoc etiam docet fides christiana et beatus Stephanus lapidatus.

(1) 149, v. 5, 6, 7.
(2) Jacob. 2, v. 13.
(3) Actor. 7, v. 59; Vulg. Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.
(4) Luc. 23, 34; Vulg. *non enim sciunt* quid faciunt.
(5) Cap. 5, v. 48.
(6) Matth. 5, v. 45.
(7) Cap. 5, v. 44, et Luc. 6, v. 27..

CAPUT VI.

Quatuor specimina variantium, seu convenientiae et disconvenientiae editi operis de *Illuminationibus Ecclesiae in Hexameron* cum mss. Codicibus conlati. Quintum specimen additum in quo variantes mss. adhibentur ad ejus editionem castiganda

Istius operis, quod apud nomenclatores et mss. codices pluribus occurrit inscriptum titulis, ex his eum nunc retinemus *Illuminationum Ecclesiae in Hexaemeron*, quo Romani editores illud praenotarunt tomo primo editionis a se curatae. Opus praeclarum, nobile, insigne, antiqua monumenta testantur ac permulti etiam recentioris aetatis scriptores, qui de philosophicis tractant, doctrinam in illo contentam saepenumero usurparunt. Idque quamvis hoc opus e calamo Bonaventurae non exierit, sed ex ipsius ore dicentis ab auditoribus exceptum fuerit. Quod si tanti, ac merito, habitum et habetur ex ore dicentis reportatum, quanti faciendum si ipsemet Bonaventura proprio calamo scripsisset? Haberemus profecto *opus immensi cujus laus superior esset ore mortalium* (1), *ac tanta arte divinitus compositum, ut supra ipsum nihil* (2).

Quanta porro aviditate Bonaventura audiretur, cum collationes, in hoc opere contentas, super primum capitulum Genesis

(1) Elogium quod Joannes Gerson *Itinerario* S. Bonaventurae tribuit, in epistola Lugo missa ad quendam fratrem Minorem.

(2) Elogium *Breviloquio* et *Itinerario* S. Bonaventurae tributum ab eodem Gersonio in e de libris legendis.

haberet, frequentissimus, qui aderat, auditorum conventus testatur. Chronicae enim vigintiquatuor Generalium Ministrorum Ordinis S. Francisci tradunt, quod Bonaventura, *Parisius existens, legit et exposuit primum capitulum libri Genesis, multis hinc inde quasi innumerabilibus ad lectionem confluentibus.* Illud etiam testatur lamentum cujusdam exceptoris amare dolentis, quod Bonaventura, ob promotionem ad Cardinalitiam dignitatem, et obitum, has non potuerit lectiones absolvere: *Heu, heu, heu! superveniente statu excelsiori, et vitae excessu domini et magistri hujus operis, prosecutionem prosecuturi non acceperunt* (1). Testantur praeterea mss. codices, quorum differentia ostendit, hoc opus non ab uno, sed a multis auditoribus exceptum fuisse et in tabulas relatum. Ejusmodi autem differentiae hic specimina exhibemus aliqua, ut vel inde lector addiscat, monumenta, quae dictum opus reportatum non vero ab auctore scriptum asserunt, fidem mereri. Sed ob alias magis rationes quam ob allatam, ea damus specimina; ut scilicet videatur, quantum saepe intercedat discriminis inter opus editum et ejus mss. codices, in rebus maxime ex ore dicentis reportatis: quantumque intersit, manuscriptos codices tum inter se, cum de anecdotis agitur, tum cum editionibus diligenter conferre, ad menda, quae utrobique irrepserunt, tollenda: et quantum etiam laboris, solertiae et studii requiratur ad omnia sphalmata eliminanda. Quae quidem tot sunt quandoque, ut ea omnia penitus detergere, idem profecto esset ac velle Augiae stabulum expurgare.

Priorum quartuor, quae hic damus, speciminum, nulla prorsus sphalmata emendamus, sed ita exhibemus, ut fideliter referant tum editionem Romanam, tum codices duos manuscriptos operis *Illuminationum Ecclesiae in Hexaemeron.* Quatuor vero damus, ut omni sub aspectu convenientia et disconvenientia, quae reperitur in mss. codicibus cum editione comparatis, innote-

(1) In Additionib. ad *Luminar. Eccles.*, pag. 75, col. 1. edit. Vatic. tom. 1.

scat. Ipse lector animadvertet, quam multae in ipsis, una cum erratis pessimis, optimae occurrant lectiones variantes; quibus nos utentes in nova editione operis de quo agimus, clarius hoc valde fiet, et recta idearum expressione, lucrum faciet pergrande. Quod etiam ut videatur, quintum addimus specimen, in quo lectiones variantes ad textum corrigendum adhibemus. Codices duos, e quibus excerpta sunt specimina haec, duobus litteris A et B nunc vocamus, alias indicaturi quomodo signentur in bibliothecis ubi asservantur.

I.

SPECIMEN

Majoris convenientiae Codicis **A** cum editione quam cum Codice **B**.

Medium comparationis assumimus in hoc specimine editionem Vaticanam, a qua paucissimis discordare codicem *A* ostendunt literae italicae, quae in eodem occurrunt. Quam multum vero discrepet cod. *B* a cod. *A*, et ab editione Vaticana, ipse italicae literae, valde frequentiores in cod. *B*, demonstrant. Asteriscus, quando occurrit, denotat aliquid deesse in mss. codicibus quod adest in editione.

CODEX **A**	EDITIO VATICANA	CODEX **B**
Omnis autem creatura clamat generationem aeternam, et hanc exprimunt et repraesentant duodecim generationes. Est enim primus modus per diffusionem, secundus per expressionem, tertius per propagationem: per	Omnis autem creatura clamat generationem aeternam, et hanc exprimunt, et repraesentant duodecim generationes. Est enim primus modus per diffusionem, secundus per expressionem, tertius per propagatio-	Omnis autem creatura clamat generationem aeternam, et hanc exprimunt et repraesentant duodecim generationes *quas reperimus in creaturis.* Est enim *triplex generatio, scilicet* per diffusionem,* per expressio-

EX A	EDITIO VATICANA	CODEX B
ut splendoris loris ab igne, fonte, ut im- plena, sive prima diffu- t aequalitas, or non aequa- secunda de- as, quia calor mus igni, sive ti, sive ut o- st enim acci- rtia deficit si- a fons diffun- rtes, non totus quarta deficit quia non tota titur a nube, uttas. Jungas r conditiones usionem, quae is habentis ae- caloris ha- itatem et sub- m, rivuli sive ntis simulta- habentis inte- sic habes ve- erationis ae- *aliquando fi-* atur splendo- *aeos:* Qui cum gloriae. Ali- *mae, ut in* ru- bi fuit expres- filii. Aliquan- el fonti, ut:* debat de ter- egrediebatur uando imbri. quomodo de- er de coelo, et n revertitur, t terram. Et erit verbum, *ietur* de ore et, de corde ndus modus um expressio-	nem. Per diffusionem ut splendoris a luce, vel caloris ab igne, ut fluvius a fonte, ut imbris a nube plena, sive rorida. In prima diffusione deficit aequalitas, quia splendor non aequatur luci. In secunda deficit intimitas, quia calor non est intimus igni, sive ut informanti, sive ut originanti, est enim accidens. In tertia deficit simultas, quia fons diffundit se per partes, non totus insimul. In quarta deficit integritas, quia non tota pluvia excutitur a nube, imo per guttas. Jungas has quatuor conditiones, ad unam diffusionem, quae sit splendoris habentis aequalitatem caloris, habentis intimitatem, et substantialitatem rivuli sive fontis habentis simultatem, imbris habentis integritatem. Et sic habes vestigium generationis aeternae. Unde filius aliquando comparatur splendori, dicente Paulo: Qui cum sit splendor gloriae. Aliquando rubo Moysi, ubi fuit expressa persona filii. Aliquando fluvio, vel fonti, ut in Genesi: Fons ascendebat de terra, et fluvius egrediebatur de loco. Aliquando imbri, ut in Isaia: Quomodo descendit imber de coelo, et illic ultra non revertitur, sed inebriat terram, et seqnitur: Sic erit verbum, quod egreditur de ore meo, scilicet de corde	nem, * per propagationem. Per diffusionem, ut *splendor* a luce, *ut calor* ab igne, ut fluvius a fonte, ut *imber* a nube *. In prima diffusione, *scilicet splendoris*, deficit *aequalitas*, quia splendor non aequatur luci. In secunda deficit intimitas, quia calor non est intimus igni, sive ut informanti, sive ut originanti; est enim *actus*. In tertia *vero, scilicet fluminis a fonte*, deficit simultas, quia fons diffundit se *successive* per partes, non totus *simul*. In quarta *autem* deficit integritas, quia non tota pluvia excutitur a nube, imo per guttas. Jungas *ergo* has quatuor conditiones ad *summam* diffusionem *sine imperfectione, ut sit ibi conditio* splendoris habentis aequalitatem, caloris habentis intimitatem, *fluminis* habentis simultatem, imbris habentis integritatem. Et sic *habebis perfecte* vestigium generationis aeternae. Unde filius *Dei*, aliquando comparatur splendori, dicente Paulo: Qui cum sit splendor gloriae. Aliquando *calori vel flammae, ut in* rubo Moysi *ardentis*, ubi *expressa fuit similitudo* filii *incarnandi*. Aliquando *comparatur* fluvio, ut in Genesi: Fons ascendebat *etc.*, et fluvius egrediebatur de loco *voluptatis*. Aliquando *pluviae vel* imbri *, Isa. Quomodo de-

CODEX A | EDITIO VATICANA | CODEX B

nis, ut speciei ab objecto, ut imaginis a sigillo, ut sermonis a loquente, ut *conceptus* a mente; et *in hoc* est defectus. In prima deficit rei veritas, quia species in oculo vel in anima non est veritas rei. In secunda deficit simplicitas, quia imago sive figura non est in puncto vel in simplici, sed partes habet. In tertia vero deficit stabilitas, quia sermo transit et non manet. In quarta deficit substantialitas, quia conceptus mentis non est substantia vel hypostasis. Auferas hos defectus, et pone expressionem, quae sit speciei ab objecto habentis veritatem, ut imaginis a sigillo habentis simplicitatem, ut sermonis a loquente habentis stabilitatem, ut conceptus a mente habentis *substantialitatem;* et tunc *habes* alteram partem speculi. De primo *Psalmus:* Eructavit cor meum verbum bonum. Sequitur: Speciosus forma prae filiis hominum. De secundo *Sapient.* 7: Candor est lucis aeternae, et speculum sine macula, et imago bonitatis illius. Et Apostolus: Qui est imago invisibilis Dei. De tertio *: Semel loquitur *, et idipsum non repetit. Unde pone in filio quod semper sit, * non deficit, nec *vertitur*. Quarto pone stabilitatem: conceptus enim mentis aeternae est hypostasis, con[illegible]mus, men-

patris. Secundus modus est per modum expressionis, ut speciei ab objecto, ut imaginis a sigillo, ut sermonis a loquente, ut cogitatus a mente, et hic est defectus. In prima deficit rei veritas, quia species in oculo, vel in anima non est veritas rei. In secunda deficit simplicitas, quia imago sive figura non est in puncto, vel in simplici, sed partes habet. In tertia vero deficit stabilitas, quia sermo transit, et non manet. In quarta deficit substantialitas, quia conceptus mentis non est substantia, vel hypostasis. Auferas hos defectus, et pone expressionem, quae sit speciei ab objecto, habentis veritatem: ut imaginis a sigillo, habentis simplicitatem: ut sermonis a loquente, habentis stabilitatem: ut conceptus a mente, habentis consubstantialitatem. Et tunc habebis alteram partem speculi. De primo dicit Psalmista: Eructavit cor meum verbum bonum, sequitur: Speciosus forma prae filiis hominum. De secundo dicit Sapiens: Candor est lucis aeternae, et speculum sine macula, et imago bonitatis illius. Et Apostolus: Qui est imago invisibilis Dei. De tertio, Job: Semel loquitur Deus, et idipsum non repetit. Unde pone in filio, quod semper sit, et non deficit, nec

scendit imber de coelo, et illic ultra non revertitur, sed inebriat terram. Et sequitur: Sic erit verbum, quod egreditur de ore meo, scilicet de *ore* patris. Secundus modus * expressionis *est per modum generationis, et hoc quadrupliciter, scilicet,* ut speciei * objecto, ut imaginis a sigillo, ut sermonis a loquente, ut *cognitionis* a mente. Et *in his* est defectus. In prima *enim* deficit rei veritas. * In secunda deficit simplicitas, quia imago sive figura non est in puncto, vel in simplici, *se habet partes distantiae.* In tertia * deficit *simultas,* quia sermo transit, et non manet. In quarta deficit substantialitas, quia conceptus mentis non est substantia vel hypostasis, *sed est aliud ab essentia mentis.* Auferigitur hos defectus et pone expressionem, quae *fit ut* speciei ab objecto habentis veritatem, ut imaginis a sigillo habentis simplicitatem, ut sermonis a loquente habentis stabilitatem, ut conceptus a mente habentis *substantialitatem*: et tunc habebis alteram partem speculi completam. De primo. Psal. Eructavit cor meum verbum bonum. Sequitur: Speciosus forma prae filiis hominum. De secundo dicit Sapiens: Candor est lucis aeternae et speculum sine macula, et imago boni-

CODEX A

perfectissimus. Un-
ov. Nondum erant
, et ego jam conce-
am. Aliquando ergo
ır filius species, ima-
erbum manens in
ıum; conceptus vero
nhaerens, sed sub-
alis et hypostasis.*
ı generatio est per
m propagationis, et
quadrupliciter: ut
nis a semine, ut ar-
a radice, ut prolis
ptae a ventre vel u-
naterno, ut filii a
principio. In prima
ationedeficit formo-
quia in semine est
confusa et occulta;
on sic filius. In se-
deficit conformitas:
enim sit una radix,
differt in forma a
, licet unam arbo-
faciat. In tertia de-
ctualitas, quia ma-
st principium, etsi
modo activum pro-
otissime tamen pas-
. In quarta deficit
itas. Aufer ergo *
us, et pone primo
sitatem. Unde Isai.
germen Domini in
ificentia et gloria, et
ıs terrae sublimis.
ıdo pone conformi-
; sic filius * confor-
atri, ut lignum vi-
in medio paradisi.
ım vitae est iis qui
hendunt. Prov. Ter-
pone actualitatem.
*: Tecum princi-
in die virtutis tuae
plendoribus sancto-
ex utero *genui te*. Ex
dicit, ubi * ratio fo-

EDITIO VATICANA

revertitur. Quarto pone stabilitatem; conceptus enim mentis aeternae est hypostasis, conceptus nobilissimus, mentalis, perfectissimus. Unde in Proverbiis: Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. Aliquando ergo vocatur filius, species, imago, verbum manens in aeternum, conceptus vero non inhaerens, sed substantialis et hypostasis. Sic ergo habes quatuor. Tertia generatio est per probationem, et hoc quadrupliciter, ut germinis a semine, ut arboris a radice, ut prolis conceptae a ventre, vel utero materno, ut filii a patre principiante. In prima generatione deficit formositas, quia in semine est forma confusa et occulta, sed non sic filius. In secunda deficit conformitas, licet enim sit una radix, tamen differt in forma a ramis, licet unam arborem faciat. In tertia deficit actualitas, quia mater est principium, et si aliquo modo activum prolis, potissime tamen passivum. In quarta deficit coaevitas. Aufer ergo hos defectus, et pone primo formositatem. Unde Isaias: Erit germen Domini in magnificentia, et gloria, et fructus terrae sublimis. Secundo pone conformitatem, sic filius est conformis patri, ut lignum vitae in medio paradisi. Unde dicitur:

CODEX B

tatis illius. Et Apostolus: Qui est imago invisibilis Dei. De tertio Job: Semel loquitur Deus, et idipsum non repetit. *Et Isaias: Verbum, inquit, Dei manet in aeternum. Et Psal. In aeternum Domine permanet verbum tuum in coelo. De quarto, Proverbior.* Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram: *quia si conceptus dicit mentis hypostalicum, sic ergo habemus partes hujus speculi, Tertius modus generationis* est per *modum propagationis*, et hoc quadrupliciter, *scilicet*, ut germinis a semine, ut arboris a radice, ut prolis * a ventre *, ut filii a patre *. In prima generatione deficit formositas, quia in semine est forma *germinis* confusa *, non sic *autem* filius *Dei*. In secunda deficit conformitas: licet enim sit una radix, tamen differt in forma a ramis, *quamquam* unam *formam faciant*. In tertia deficit actualitas, quia mater *vel maternus uterus principium passivum est principaliter, etsi sit aliquo modo activum*. In quarta deficit coaevitas, *oportet enim patrem praeexistere antequam generet, non quocumque modo, sed in aliqua perfectione aetatis*. Aufer *igitur* hos defectus et pone *propagationem, quae sit, ut germinis a semine cum formositate, ut arboris a ra-*

CODEX A

vendi in sinu patris, a quo non recessit. Quarto pone coaevitatem. Psalmus: Ego hodie genui te, * hoc *est* in aeternitate *. Has duodecim conditiones aggrega, et habebis speculum ad contuendumexemplar divinum, sive verbum, quod omnia repraesentat, ut splendor procedens a luce cum perfectione aequalitatis, et sic de aliis. *Et* per has conditiones solvuntur omnia argumenta Arii, per *quas* arguit a generationibus imperfectis. De iis duodecim * Genes. Vidi per somnium solem et lunam et stellas undecim adorare me. Iste est ille Joseph pulcherrimus, quem adorant omnia, et clamant temporalia per lunam, spiritualia per solem, et undecim stellae * in numero deficiente a duodenario, qui est numerus excrescens, quia *omnia* respectu illius generationis habent defectum, et inclinant *se* ad generationem verbi. Omnia * indicant generationem verbi. Unde quando videtur splendor a luce, transferenda est mens ad *considerandam* generationem aeternam, et sic de aliis. Et ibi est magna delectatio *: Delectasti me, Domine, in factura tua etc. Dicit ergo: Nos *autem* revelata facie, gloriam Domini speculantes. Alio modo sic, et magis proprie. Est generatio per diffusionem, ut splendoris

EDITIO VATICANA

Lignum vitae est iis, qui apprehenderint eam. Tertio pone actualitatem. Unde Psalmus: Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum ex utero, etc. Ex utero, dicit, ubi est ratio fovendi in sinu patris, a quo non recessit. Quarto pone coaevitatem. Psalmus: Ego hodie genui te, et hoc in aeternitate, hoc est in meo hodie aeterno. Has duodecim conditiones aggrega, et habebis speculum ad contuendum exemplar divinum, sive verbum, quod omnia repraesentat, ut splendor procedens a luce cum perfectione aequalitatis, et sic de aliis. Per has conditiones solvuntur omnia argumenta Arii, per quae arguit a generationibus imperfectis. De his duodecim dicitur in Genesi: Vidi per somnium solem et lunam, et stellas undecim adorare me. Iste est ille Joseph pulcherrimus, quem adorant omnia, et clamant temporalia per lunam, spiritualia per solem. Et undecim stellae generationes creaturarum sunt secundum undecim condiciones, deficiente duodecima, quae est in generatione filii Dei: ideo ponuntur hic undecim stellae in numero deficiente a duodenario, qui est numerus excrescens, quia respectu illius generationis habent defectum, et inclidice *cum conformitate, ut prolis a ventre cum actualitate, ut filii a patre cum coaevitate: et sic habebis perfectam generationem in divinis. De primo*, Isaias: Erit germen Domini in magnificentia, et *in* gloria et fructus terrae sublimis. *De secundo, Genesi: Posuit Deus lignum vitae in medio paradisi. In medio, conformitas; et Prov.* dicitur *de sapientia, quae est filius. Lignum* vitae est his, qui apprehenderint eam. *De* tertio * Psal. Tecum principium *. Ex utero dicit, ubi *notatur* ratio fovendi in sinu patris; *et jam promisit actualitatem, cum vocavit eum principium rerum et virtutem Dei. De* quarto * Psal. *Dominus dixit ad me, id est pater ad filium, filius meus es tu,* ego hodie genui te. *Hodie, inquit, id est* in aeternitate, *quae semper manet, sive* in *medio aeterno hodie.* Has *igitur* duodecim conditiones *simul* aggrega, et habebis *unum perfectum* speculum ad contuendum exemplar divinum, sive verbum, quod omnia repraesentat; ut *scilicet sit* splendor procedens a luce cum perfectione aequalitatis, et sic de aliis *supradictis.* Per has *enim duodecim* conditiones solvuntur omnia argumenta Arii, per *quas* arguit *insufficienter adaptans divinae generationi*, a generationi-

CODEX B

CODEX A

pinis a luce et ibi
aevitas; deficit ta-
aequalitas, quia
or non aequatur
tem est diffusio ut
ab igne; *et* ibi est
litas, ut patet,
o una candela *ac-*
ur ab alia, quod
n est lumen in una
n alia, et quotquot
lantur; deficit ta-
consubstantialitas.
est diffusio rivi a
et *hic* est consub-
alitas *vel* intimitas,
eadem aqua, quae
fonte, est in rivo;
ficit nobilitatis or-
quia in rivo per
im meatus et cola-
n, de aqua salsa fit
. Item est diffusio
a nube, et ibi est
atis ortus, quia
virtutes coeli per
infundit imbrem
; deficit tamen for-
ecor, quia videtur
coelum *obfuscare*,
urpare. Junge quod
tatis est, ut coaevi-
aequalitatem, con-
ntialitatem, formae
em, et *habes* unam
n speculi. Item est
atio per expressio-
ut speciei ab obje-
et hic est formae
qui deficiebat in
atione imbris. Et
st mirabile, quo-
species generatur,
on de materia aëris,
cum non dicat es-
m, sed modum es-
sufficit ut habeat
pium originativum,
m inter principium

EDITIO VATICANA

nant omnia ad generationem verbi. Omnia enim indicant generationem verbi. Unde quando videtur splendor, a luce transferenda est mens ad considerandum generationem aeternam et sic de aliis. Et ibi est magna delectatio, dicente David: Delectasti me, Domine, in factura tua, etc. Dicit ergo: Nos revelata facie gloriam Domini speculantes. Alio modo sic, et magis proprie est generatio per diffusionem, ut splendoris vel luminis a luce: et ibi est coaevitas, deficit tamen aequalitas, quia splendor non aequatur luci. Item est diffusio, ut ignis ab igne: ibi est aequalitas, ut patet quando una candela incenditur ab alia, quod tantum est lumen in una sicut in alia, et quotquot accendantur: deficit tamen consubstantialitas. Item est diffusio rivi a fonte, et haec est consubstantialitas, et intimitas: quia eadem aqua quae est in fonte, est in rivo: sed deficit nobilitatis ortus, quia in rivo per quosdam meatus et colationem, de aqua salsa fit dulcis. Item est diffusio imbris a nube, et ibi est nobilitas ortus, quia habet virtutes coeli, per quas infundit imbrem nubes: deficit tamen formae decor, quia videtur nubes coelum obscurare, et deturpare. Junge quod nobilitatis est, ut coaevi-

CODEX B

bus imperfectis. De hiis duodecim *generationibus habetur*. Genesi: Vidi per somnium *quasi* solem, et lunam, et stellas undecim adorare me. Iste *enim* est ille Joseph pulcherrimus, quem adorant omnia, et clamant temporalia per lunam, spiritualia per solem. Et undecim stellae* in numero deficiente a duodenario, qui est numerus excrescens. *Nam omnia* respectu illius, * habent *generationis* defectum, et *clamant se deficere a generatione* verbi. * Unde *quia* videtur *splendor* splendor a luce, transferenda est *intus* ad *conservandam* generationem aeternam, et sic de aliis *praedictis*.* Ibi *indubitanter est* magna delectatio *mentis*, *de qua Psal.* Delectasti me, Domine, in factura tua etc. *Et ideo bene* dicit:* Revelata facie *. Alio modo *potest dici*, et magis proprie, *et hoc sic*. Est *igitur* generatio per diffusionem, ut *splendor* vel luminis a luce; et ibi est coaevitas, deficit tamen aequalitas, quia splendor non aequatur luci. Item est diffusio ut ignis ab igne; ibi est aequalitas, ut patet quando una candela incenditur ab alia, quod tantum est lumen in una sicut in alia, et quotquot accendantur; deficit tamen consubstantialitas. Item est diffusio *rivuli* a fonte; et *ibi* est consubstantialitas *vel certitas*, quia eadem

CODEX A | EDITIO VATICANA | CODEX B

materiale et principium effectivum. Unde Deus dedit virtutem *hanc* cuilibet rei ut *gignat* similitudinem suam, *et* ex naturali foecunditate. Unde secundum quod objectum gignit similitudinem suam, sic repraesentat generationem aeternam. Secundum quod intentio animae *unit eam oculo*, sic repraesentat incarnationem verbi. Haec generatio speciei deficit, quia non est ibi formae fixio, sed vario modo habet generari, secundum quod patet in speculis; et diversimode habet *repraesentari*, prope vel longe. Item est generatio per expressionem, ut figurae a sigillo; et *hic* est formae fixio, quod deficit in praecedenti, deficit tamen vitae vigor. Item generatio sermonis a dicente, ubi est vitae vigor, quia sermo quamdam vim vitae secum habet, ut patet, quando duobus dicentibus eamdem veritatem, unus melius *alio exprimit*, et imprimit. Unde Hieron. Habet nescio quid latentis energiae, vivae vocis actus etc. Unde verba Christi, non dubium, *quod* prolata et audita de ore ejus, majoris virtutis et potestatis erant, quam scripta. Hic tamen deficit vitae mansio, quia sermo transit. Item est generatio conceptus a mente; et ibi est vitae mansio, quia omnes cogitatus in memoria manent:

tatem, aequalitatem, consubstantialitatem, formae decorem, et habebis unam partem speculi. Item est generatio per expressionem, ut speciei ab objecto: et hic est formae decor, qui deficiebat in generatione imbris. Et hoc est mirabile, quo modo species generatur, quia non de materia aëris: quia cum non dicat essentiam, sed modum essendi, sufficit, ut habeat principium originativum, medium inter principium materiale, et principium effectivum. Unde Deus dedit virtutem cuilibet rei, ut gigneret similitudinem suam ex naturali foecunditate. Unde secundum quod objectum gignit similitudinem suam, sic repraesentat generationem aeternam, secundum quod intentio animae eam oculo unit, sic repraesentat incarnationem verbi. Haec generatio speciei deficit, quia non est ibi formae fixio, sed vario modo habet generari, secundum quod patet in speculis: et diversimode habet repraesentare prope vel longe. Item est generatio per expressionem, ut figurae a sigillo, et hoc est formae fixio, quod deficit in praecedenti, deficit tamen vitae vigor. Item generatio sermonis a dicente, ubi est vitae vigor, quia sermo quamdam vim vitae secum ha-

aqua quae est in fonte, e
in rivo ; sed deficit no
litatis ortus, quia, *de h*
et per quosdam meatu
de aqua salsa fit dulc
Item est diffusio imbri
nube; et ibi est nobili
ortus, quia habet virtu
coeli, per quas infun
imbrem nubes; deficit
men formae decor, qu
videtur nubes coeli
obumbrare, et *offusca*
ac deturpare. *Sic igit*
junge, *quia nobilitas*
tus habet coaevitate
aequalitatem, consubst
tialitatem *et* decorem,
habebis unam part
speculi. * Est *etiam*
neratio *et* per expressi
nem, ut speciei ab ob
cto; et hic est formae
cor qui deficiebat in
neratione imbris *a nu*
Et *est indubitanter*
unum mirabile, quomo
scilicet, talis species *ge*
retur ; * non *enim* de m
teria aëris. * Cum non
cat essentiam *secundu*
modum essendi, sufficit
habeat principium *orig*
natum, medium int
principium materiale
principium effectivum
Unde Deus dedit *ha*
virtutem cuilibet rei,
gigneret similitudine
suam, * *et* sic repraese
tat incarnationem verb
Haec generatio specie
Deficit * *tamen* form
fixio, *quia* vario mod
habet generari, *ut* pat
in speculis *vario mo*
ordinatis ; et *ideo va*
modo habent repraese
tare *objectum, ut* prop

CODEX A

deficit *foecundi-*
stantialis virtus,
on est *substan-*
rtus. Haec qua-
gantur, scilicet,
decor, formae
tae vigor, vitae
et habes secun-
tem speculi. Item
ratio per propa-
, ut germinis a
et hoc est virtus
ialis, in qua de-
imum, similiter
itae robur. Item
ratio ut surculi
, et hic est vitae
sed deficit vivax
non enim sentit
ucens productum,
uctum suam ori-
tem est genera-
etus a ventre vel
et hic est vivax
ed deficit virtus*,
uter est *quid* re-
um potius quam
. Item est gene-
filii a patre, et
omnes *conditio-*
e praeter unam,
lucis, quae est
s, quae *ponenda*
generatione filii
ab *ista* ultima
filii a patre de-
ur generatio ae-
t haec ratificavit
cum dixit: Ite,
mnes gentes ba-
eos in nomine
t Filii, et Spiri-
ti; non dixit in
lucis et splen-
aec sunt unde-
ae adorantes *Jo-*
ium pulcherri-
cilicet undecim
es nobiles jam

EDITIO VATICANA

bet, ut patet quod duobus dicentibus eamdem veritatem, unus melius exprimit alio, et imprimit. Unde Hieronymus: Habet nescio quid latentis energiae vivae vocis actus etc. Unde verba Christi, non dubium, quia prolata, et audita de ore ejus, majoris virtutis et potestatis erant, quam scripta. Hic tamen deficit vitae mansio, quia sermo transit. Item est generatio conceptus a mente, et ibi est, vitae mansio, quia omnes cogitatus in memoria manent. Sed ibi deficit consubstantialis foecunditatis virtus, quia ille cogitatus non est consubstantialis virtus. Haec quatuor jungantur, scilicet, formae decor, formae fixio, vitae vigor, vitae mansio, et habes secundam partem speculi. Item est generatio per propagationem, ut germinis a semine: et hoc, est virtus substantialis, in qua deficit ultimum, similiter deficit vitae robur. Item est generatio, ut surculi a radice: et hic est vitae robur, sed deficit vivax sensus: non enim sentit, vel producens productum, vel productum suam originem. Item est generatio ut foetus a ventre, vel utero: et hic est vivax sensus, sed deficit virtus activa, quia neutrum est activum, sed receptaculum potius, quam activum. Item est generatio ut filii

CODEX B

positum, *sive* longe. Item *adhuc* est generatio per expressionem, ut figurae a sigillo; et *haec* est formae fixio, *quae deficiebat* in praecedenti; deficit tamen *ibi* vigor. Item *est* generatio sermonis a dicente, ubi est vitae vigor; quia sermo quamdam vim vitae secum habet, ut patet, quod duobus dicentibus eamdem veritatem, unus melius exprimit alio et imprimit. Unde Hieron. Habet nescio quid latentis energiae sonus vivae vocis *et* actus etc. *Ait: Propter quod* non dubium, quin verba Christi prolata *ab eo*, et audita de ore ejus, majoris virtutis et potestatis erant, quam scripta. Hic tamen deficit vitae mansio, quia sermo *a dicente* transit. Item est generatio conceptus a mente *ubi* est vitae mansio, quia omnes cogitatus in memoria manent. Sed ibi deficit *substantialis** virtus, quia * cogitatus non est *substans* virtus. Haec *igitur* quatuor, *si* jungantur *simul*, scilicet formae decor, formae fixio, vitae vigor, vitae mansio, *habebis* secundam partem speculi. * Est *etiam tandem* generatio per propagationem, ut seminis a semine; et *hic* est *bene* virtus *substans*, *quod deficiebat in ultimo praecedenti: si quia est in principio debile*, *ideo hic* deficit *robur vitae*. Item est generatio ut surculi a ra-

CODEX A

dictae, *quae* duodecima, scilicet coaevitas, est in filio. *

Nos autem revelata facie etc. etc.

EDITIO VATICANA

a patre: et ibi sunt omnes dictae conditiones praeter unam, scilicet lucis, quae est coaevitas, quae est ponenda in generatione filii Dei: et ab illa ultima generatione, scilicet filii a patre denominatur generatio aeterna. Et haec ratificavit Christus cum dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: non dixit in nomine lucis, et splendoris. Hae sunt undecim stellae adorantes filium pulcherrimum, scilicet undecim conditiones nobiles, jam dictae, quarum duodecima, scilicet coaevitas, est in filio Dei. Nos autem revelata facie etc. etc.

CODEX B

dice; et hic est *bene robur vitae*, sed deficit vivax sensus, non enim sentit * *originem suam.* Item est generatio ut *fructus* a ventre *, *qui licet sentiat originem suam, tamen* deficit virtus activa, quia *venter* est *quasi* receptaculum potius, quam activus. Item est generatio ut filii a patre, et ibi sunt omnes dictae conditiones praeter unam, scilicet lucis, quae *conditio* est coaevitas; *et ideo ista spiritualiter ponenda est* in generatione filii Dei. *Unde ab ista* ultima *conditione generatio* filii *Dei* a *Deo* Patre; *illa ineffabilis generatio*, denominatur generatio aeterna. *Quod* et * *Christus ratificavit, Matth. ultimo*, cum dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*. Hae, *inquam*, sunt undecim stellae adorantes *Joseph* filium *Dei* pulcherrimum, scilicet undecim conditiones nobiles jam *praedictae; sed* duodecima, scilicet coaevitas, est in *Christo* filio Dei. *Et sic sunt duodecim inter omnes.*

Nos autem revelata facie etc. etc.

II.

SPECIMEN

Majoris convenientiae Codicis B cum A quam cum editione.

arationis medio hic utimur codice *A*, conferendo cum et cum cod. *B*. Quem cod. *B*, quamvis literae ad hoc positae non parum dissonare ostendant a , magis tamen italicas literas, quae in editione sunt, nti, eos inter se convenire et ab editione discordare

DEX **B**	CODEX **A**	EDITIO VATICANA
• hoc est visio* ıs operibus sex quibus *major st factus, et qui- • mundus per- ! tandem in se- uiescat.* Est *au- intelligentiae* am inditae, * sublevatae, per n eruditae, per .tionem suspen- prophetiam il- per raptum in ısorptae, * *per* lorificatae. *Has siones* habuit ·imae duae sunt , * aliae *secun- aucissimorum,** *tantummodo* Per primam in- ad quid potest ·re de se nostra ·ia * *per natu- hoc* intelligitur	Praeter hoc est visio sextuplex, quae respondet operibus sex dierum, quibus minor mundus fit perfectus, sicut major mundus sex dierum. Est visio intellectivae per naturam inditae, et est visio intellectivae per fidem sublevatae, per scripturam eruditae, per contemplationem suspensae, per prophetiam illustratae, per raptum in Deum absorptae : ad has sequitur visio septima animae glorificatae ; quas omnes habuit Paulus. Primae duae sunt multorum, duae aliae paucorum, hae ultimae duae paucissimorum. Per primam intelligitur ad quid potest extendi nostra intelligentia de se; haec intelligitur per primam diem in	Praeter *has visiones fit* visio *sex modis*, quae respondet operibus sex dierum, quibus *perficitur* minor mundus,* sicut major mundus *perfectus est. Prima* est visio *intelligentiae* per naturam inditae ; *secunda* est visio *intelligentiae* per fidem *elevatae: hae sunt multorum. Tertia est visio intelligentiae* per scripturam eruditae: *quarta est visio intelligentiae* per contemplationem suspensae: *hae sunt paucorum. Quinta est visio intelligentiae* per prophetiam illustratae: *sexta est visio intelligentiae* per raptum in Deum absorptae. *Hae sunt paucissimorum.* Ad has sequitur visio animae *beatificatae*, quas omnes habuit Paulus.* *Intelligen-*

CODEX **B**

per primum diem in qua facta est lux. * Signatum est super nos lumen. * Sine isto lumine *naturaliter indicto*, nihil habet homo *boni*, *quia* nec fidem, nec gratiam, *neque enim* lumen sapientiae *divinae; et ideo* divisa est* lux a tenebris. Secunda intelligitur *quod* secundam diem, ubi factum est firmamentum in medio *aquarum*. Hoc firmamentum est fides, *quae* dividit aquas ab aquis. Fides *enim* est origo sapientiae, et *est* origo scientiae *ac per hoc in medio*, * sive sit *scientia* de *temporalibus*, *sive de sapientia de aeternis. Nec enim sapientia vel scientia* discordant a fide, *quin potius per eam distinguuntur*. Tertia intelligitur per tertiam diem, ubi congregatae sunt aquae *in locum unum sive suum*, et apparuit arida. Terra *enim* est scriptura, *intelligentias habens* spirituales, hierarchicas, angelicas *et* divinas, quae mirabiliter *pullulant a sanctis expositae;* et *sic* producitur herba *, et *omne* lignum *pulchrum visu, et ad vescendum suave*. Cavere tamen etc. etc.

CODEX **A**

qua facta est lux. Psal. Signatum est super nos lumen vultus. Sine isto lumine indito, nihil habet homo, nec fidem, nec gratiam, nec lumen sapientiae; divisa est etiam lux a tenebris. Secunda intelligitur per secundam diem, ubi factum est firmamentum in medio. Hoc firmamentum est fides, et dividit aquas ab aquis : fides est origo sapientiae, et origo scientiae, et sive sit de aeternis, sive de temporalibus, sive scientia sive sapientia, non discordant a fide. Tertia intelligitur per tertiam diem, ubi congregatae sunt aquae, et apparuit arida. Terra est, scriptura habens intelligentias spirituales, hierarchicas, angelicas, divinas, quae mirabiliter expositae a sanctis pullulant; et in his producitur herba virens, et lignum paradisi. Caveat quisque etc., etc.

EDITIO VATICANA

tia indita, quae non exc
dit limites rationis, in
telligitur per primam d
em, in qua facta est lu
Haec est lux, de qua d
cit Propheta: Signatu
est super nos lumen vu
tus tui *Domine*. Sine
lumine indito *non habe*
tur fides, non habetu
gratia, non habetur sa
pientia: *et ita prima d*
divisa est* lux a tenebri
Intelligentia sublimat
per fidem, intelligitur pe
secundam diem, *qua f*
ctum est firmamentum
medio *aquarum*. Hoc fi
mamentum est fides,
quae est origo sapientia
et origo scientiae. Et siv
sit de *temporalibus, si*
de aeternis, fides non d
scordat a scientia. Inte
ligentia per scriptura
erudita, intelligitur pe
diem tertiam, qua co
gregatae sunt aquae,
apparuit arida: terra e
scriptura habens intelli
gentias spirituales*, qu
mirabilibus * *expositi*
nibus pullulat, et in h
producitur herba vire
et lignum paradisi. *Int*
ligentia per contempl
tionem etc. etc.

III.

SPECIMEN

Minimae disconvenientiae Codicis **A** a Cod. **B** et utriusque ab editione.

In hoc exemplo codex *A* quatuor tantum exhibet discrepantes ab impresso lectiones. Codex vero *B*, quamvis non paucas referat a literis italicis, ut alias, signatas, allatum tamen ex eo fragmentum, unum est ex paucis ejusdem codicis, quod minus disconveniant ab editione simul et a codice *A*.

CODEX **A**	EDITIO VATICANA	CODEX **B**
In medio ecclesiae aperuit os ejus, et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus. * In verbis istis docet *Spiritus Sanctus* prudentem, quibus debet sermonem depromere, unde incipere, ubi terminare. Primo quibus debet loqui, quia ecclesiae : non enim dandum est sanctum canibus, nec margaritae spargendae sunt *ante* porcos. Secundo ubi debet incipere, quia a medio, quod est Christus, quod medium si negligatur, nihil habetur. Tertio ubi terminare, quia in plenitudine seu adimpletione spiritus *sapientiae* et intellectus. Sed primo loquendum est de nobis ipsis, et videndum quales esse debemus. Si enim oculo infirmo exponatur	In medio ecclesiae aperuit os ejus, et implevit eum Dominus spiritu sapientiae, et intellectus, etc. In verbis istis docet Sapiens prudentem, quibus debet sermonem depromere, unde incipere, ubi terminare. Primo, quibus debet loqui, quia ecclesiae. Non enim dandum est sanctum canibus, nec margaritae spargendae sunt inter porcos. Secundo, ubi debet incipere, quia a medio, quod est Christus: quod medium si negligatur, nihil habetur. Tertio ubi terminare, quia in plenitudine, seu adimpletione spiritus scientiae, et intellectus. Sed primo loquendum est de nobis ipsis, et videndum quales esse debemus. Si enim oculo infirmo expo-	In medio ecclesiae aperuit os ejus, et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus, *Eccli.* xv. In verbis istis docet * prudentem quibus debet sermonem *promere*, unde incipere, ubi terminare. Primo *quidem* quibus debet loqui, quia ecclesiae; non enim dandum est sanctum canibus, nec margaritae spargendae sunt *ante* porcos. Secundo ubi debet incipere, quia a medio, quod est Christus; quod medium si negligatur nihil habetur. Tertio *docet* ubi debet terminare, quia in plenitudine seu adimpletione spiritus scientiae et intellectus. Sed primo loquendum est* nobis ipsis, et videndum quales esse debemus. *Nam* si * oculo infirmo *apponatur* ra-

CODEX A

radius, potius excoecatur, quam illuminatur. Loquendum est ergo ecclesiae, quae quidem est convocatio rationalium. Synagoga autem est congregatio gregum et hominum brutaliter viventium. Ecclesiae loquendum est, quae quidem est unio rationalium uniformiter et concorditer unitorum per concordem et uniformem custodiam divinae legis, per unionem et concordem cohaerentiam divinae pacis, per uniformem et concordem consonantiam divinae laudis. Haec autem ordinata sunt, quia laus esse non potest, ubi non est pax; nec divina pax ubi non est observatio divinae legis. De concordi et uniformi custodia divinae legis, scribitur sic ad Timotheum: Haec tibi scribo, fili Timothee, ut scias quomodo oportet te conversari in domo Dei, quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Ecclesiae dicitur columna et firmamentum, et quia mentis illustramentum, et quia virtutis stabilimentum; quia venientes ad eam illustrantur per fidem et stabiliuntur per virtutis constantiam : et haec duo facit lex divina. Unde est columna filiorum Israel, *secundum* cujus motum apparent omnia, quomodo agendum , et quomodo quiescendum. In hoc enim etc., etc.

EDITIO VATICANA

natur radius, potius excoecatur, quam illuminatur. Loquendum est ergo ecclesiae, quae quidem est convocatio rationalium. Synagoga autem est congregatio gregum, et hominum brutaliter viventium. Ecclesiae loquendum est, quae quidem est unio rationalium uniformiter , et concorditer unitorum per concordem, et uniformem custodiam divinae legis: per unionem, et concordem cohaerentiam divinae pacis: per uniformem, et concordem consonantiam divinae laudis. Haec autem ordinata sunt, quia laus esse non potest, ubi non est pax: nec divina pax ubi non est observatio divinae legis. De concordi et uniformi custodia divinae legis scribitur sic ad Timotheum: Haec tibi scribo, fili Timothee, ut scias, quomodo oporteat te conversari in domo Dei quae est ecclesia Dei vivi, columna , et firmamentum veritatis. Ecclesia dicitur columna, et firmamentum: et quia mentis illustramentum , et quia virtutis stabilimentum, quia venientes ad eam illustrantur per fidem, et stabiliuntur per virtutis constantiam. Et haec duo facit lex divina. Unde est columna filiorum Israel, per cujus motum apparent omnia, quomodo agendum , et quomodo quiescendum. In hoc enim etc. etc.

CODEX B

dius, potius excoecat
quam *illuminetur.*
quendum est *igitur*
clesiae quae quidem
convocatio *rationabili*
Synagoga autem est c
gregatio gregum et ho
num brutaliter viv
tium. * Loquendum
ergo ecclesiae, quae
dem est unio * *conc*
diter et *uniformiter* vi
tium per concordem
uniformem *observanti*
divinae legis , per c
cordem et *uniformem*
haerentiam divinae
cis, per *concordem* e
niformem consonanti
divinae laudis. Haec
tem ordinata sunt, q
laus esse non potest,
non est pax; nec div
pax, ubi non est *observ*
tia divinae legis. De
mo, ad Timotheum
Scribo tibi, Timothee
ut scias quomodo opor
te conversari in do
Dei, quae est ecclesia
vivi, columna et firm
mentum veritatis. Ec
sia dicitur columna et
mamentum,* quia me
illustrativa et quia
tis stabilimentum. *
nientes *enim* ad eam
strantur per fidem, et
biliuntur per virtutis
stantiam, et haec duo
cit lex divina. Unde
columna filiorum Is
ad cujus motum *app*
omnino, quomodo a
dum *est*, quomodo q
scendum. In hoc enim
etc.

IV.

SPECIMEN

Maximae disconvenientiae Codicis **A** a Cod. **B**
et utriusque ab editione.

vis codex *A* minus abludat a cod. *B*, quam uterque ione, tanta nihilominus est differentia inter se et ab , ut difficilius integra haec dissonantia italicis literis osset, ac nimiae ejusmodi literae adhibendae forent. itur lectori observandam relinquimus.

ODEX **A**	EDITIO VATICANA	CODEX **B**
item amor est nus, soporati- um activus. Se- nim ab omni af- propter sponsi nionem; soporat omnes perso- ilentium impo- m agit quia du- m, et sit homo rtuus. Et ideo mors dilectio, rat ab omni; nim hominem illum amorem, agatur. Unde: bit me homo et tunc in tali u- tus animae in igitur, et magis t et intrat in imum; et per s in summum endit, quia id t summum se- ugustinum. De dicitur in Cant.	Nota tamen, quod iste amor extaticus, est sequestrativus ab omni adulterino affectu, propter sponsi affectum unicum: soporativus, propter quietationem omnium potentiarum: sursum activus, propter anagogias coelestium desideriorum: interemptivus, propter jugulationes carnalium impedimentorum. Non enim videbit me homo, et vivet. Fortis est ut mors dilectio. In tali amore virtus animae in unum colligitur et unitur: omnis autem virtus unita plus est infinita. Et sic intrat animal in suum intimum, et per hoc in suum summum ascendit, quia idem est, summum, et intimum in anima, dicit Augustinus. De hoc dulci sopore mulcebris quietis dicit	Iste autem amor est triplicis conditionis. Sequestrativus ab omni affectu alio propter sponsi affectum; soporativus omnium potentiarum, et imponit silentium; sursum activus, relictis omnibus, qui ducit in Deum. Sequestrat igitur, ab omnibus ut homo sit quasi mortuus mundo, et ideo Cant. Fortis est ut mors dilectio: non enim videbit me et homo vivet. In tali igitur sequestratione homo et anima interior fit ad suum intimum. Soporat etiam et quietat; et de illo somno dicitur Cantic. Adjuro vos, filiae Jerusalem, ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam etc. Sursum agit etiam si superferamur sensibus et actibus alibi quod quae sunt cum phan-

CODEX A

Adjuro vos, filiae Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare etc. Juvat autem nos, veniendi ad illum somnum, superferri omnibus sensibus, omnibus operationibus intellectualibus, quae sunt cum phantasmatibus adnexis; dimittere insuper angelicas intelligentias, ut dicatur: Invenerunt me vigiles, paululum cum pertransissem illos invenit, quem diligit anima mea. Et hoc docet Dionysius, dimittere, sensibilia, intellectualia entia, non entia: et vocat temporalia non entia quia sunt in continua variatione. Et sic intrare in tenebrarum radium, dicitur tenebra, quia intellectus non capit, et tamen anima summe illustratur. Et quia hoc non habetur nisi per orationem, ideo Dionysius incipit ab oratione: Trinitas supersubstantialis, superdea, superbonitas. Et intellige etc. etc.

EDITIO VATICANA

sponsus in Canticis: Adjuro vos filiae Jerusalem per capreas, cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Ad istum soporem juvat superferri omnibus sensibilibus, omnibus operationibus intellectualibus, quae sunt cum phantasmatibus, transire etiam angelicas intelligentias ut possit sponsa dicere: Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem, paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea. Sic docet Dionysius relinquere sensibilia, intellectualia entia, et non entia. Vocat autem non entia temporalia, quae sunt in continua variatione. Docet insuper intrare radium tenebrarum. Vocat autem divinam intelligentiam tenebram propter incomprehensibilitatem. Vocat autem eam radiosam, quia anima intuens eam summe illustratur. Et quia hoc non habetur nisi per orationem, ideo Dionysius incipit ab oratione, et dicit etiam, quod Trinitas est supersubstantialis, et superdea, et superbonitas: intellige etc. etc.

CODEX B

tasmatibus eis adne
imo etiam quodamm
ipsas intelligentias a
licas, ut dicat: Inve
runt me vigiles, qui
stodiunt civitatem, et p
lulum cum pertransi
eos, inveni quem di
anima mea. Et ideo d
Dionysius dimittere
sibilia, et intellectuali
etiam non entia. Et v
tempora non entia, q
sunt in continua varie
te; et tandem intrar
tenebrarum radium, q
intellectus dicitur t
bras ingredi cum ad
cem inaccessibilem
amorem unitur, et t
omnia summe illustrat
citur autem, tenebra q
intellectus non ca
Quare etiam anima
orationem ad hoc cog
scendum illustratur. I
Dionysius incipit ab o
tione librum suum:
nitas, inquit, supers
stantialis, superdea
superbona etc. Et in
lige etc. etc.

V.

Novae lectionis specimen, ad normam Codicis A et B castigatae.

Quatuor exhibitis speciminibus, quintum addimus, novam lectionem praebens fragmenti ex superius posito specimine II conflatum, admonens simul, non ita a nobis nova lectio praeberi, quasi eamdem daturi simus in nova hujus operis editione, cum siquidem alii plures mss. codices ad novam editionem castigandam adhibendi sint; sed ut ostendatur, quantum pretii huic operi accedat vel duorum tantummodo manuscriptorum variantibus adhibitis. Ponimus autem e regione antiquam lectionem editionis Vaticanae, ut differentia novae a nobis restitutae melius expendatur.

Antiqua lectio editionis Vaticanae.

Praeter has visiones fit visio sex modis, quae respondet operibus sex dierum, quibus perficitur minor mundus, sicut major mundus perfectus est. Prima est visio intelligentiae per naturam inditae: secunda est visio intelligentiae per fidem elevatae; hae sunt multorum: tertia est visio intelligentiae per scripturam eruditae: quarta est visio intelligentiae per contemplationem suspensae; hae sunt paucorum: quinta est visio intelgentiae per prophetiam illu-

Nova lectio ex editione Vaticana et Codicibus A et B.

Praeter has visiones (1) est visio sextuplex, quae respondet (2) operibus sex dierum, quibus major mundus est factus, et quibus (3) minor mundus perficitur, ut tandem in septima requiescat (4). Est autem (5) prima visio intelligentiae (6) per naturam inditae. Secunda est visio intelligentiae (7) per fidem sublevatae. Tertia est visio intelligentiae (8) per scripturam eruditae. Quarta est visio intelligentiae (9) per contemplationem suspensae. Quinta est visio intelligentiae (10) per prophetiam illustratae. Sexta est visio intelligentiae (11) per raptum in Deum absortpae. Ad has sequitur visio septima animae (12) per habitum (13) glorificatae. Has (14) omnes visiones (15) habuit Paulus (16). Primae duae sunt multorum,

(1) Codices A et B legunt *Praeter hoc est.* — (2) Codex B legit *visio respondens.* — (3) Nempe visionibus. — (4) Cod. A leg. *quibus minor mundus fit perfectus, sicut major mundus sex dierum;* omittit *ut tandem in septima requiescat.* — (5) Cod. A omit. *autem.* — (6) Cod. A leg. *intellectivae.* — (7) Codd. omittunt *secunda.* — (8, 9, 10, 11) Codices omittunt. — (12) Codex B omit. *animae.* — (13) Codex A omit. *per habitum.* — (14) Codex A leg. *quas.* — (15) Cod. A omit. *visiones.* (16) Non tamen septimam habitualiter consecutus est in hac vita, sed post obitum. Nullus dubito quin ad id animadvertendum, alia dixerit Seraphicus Doctor, quae, ab exceptoribus omissa, desunt in duobus hisce codicibus et in editione Vaticana.

stratae; sexta est visio intelligentiae per raptum in Deum absorptae ; hae sunt paucissimorum. Ad has sequitur visio animae beatificatae, quas omnes habuit Paulus. Intelligentia indita, quae non excedit limites rationis intelligitur per primam diem, in qua facta est lux. Haec est lux de qua dicit Propheta : Psal. 4, 7 : *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Sine lumine indito, non habetur fides, non habetur gratia, non habetur sapientia; et ita prima die divisa est lux a tenebris. Intelligentia sublimata per fidem, intelligitur per secundam diem, qua factum est firmamentum in medio aquarum. Hoc firmamentum est fides, quae est origo sapientiae et origo scientiae. Et sive sit de temporalibus sive de aeternis, fides non discordat a scientia. Intelligentia per scripturam erudita, intelligitur per diem tertiam, qua congregatae sunt aquae et apparuit arida : terra est scriptura habens intelligentias spirituales, quae mirabilibus expositionibus pullulat, et in his producitur herba virens, et lignum paradisi. Intelligentia per contemplationem etc.

duae aliae paucorum (1), hae ultimae du
(2) paucissimorum. Ultima (3) tantummo
beatorum (4). Per primam intelligitur
quid potest se extendere (5) de se (6) n
stra intelligentia per naturam (7). Et ha
(8) intelligitur per primam diem in qua fac
est lux. Haec est lux de qua dicit Prophe
(9), Psalmi 4. v. 7 (10): *Signatum est sup
nos lumen vultus tui Domine.* Sine isto lumi
naturaliter (11) indito, nihil habet homo bo
(12) quia (13) nec fidem, nec gratiam, nec (1
lumen sapientiae divinae (15); et ideo (1
divisa est (17) lux a tenebris. Secunda intell
gitur per secundam diem, ubi factum est *fi
mamentum in medio aquarum* (18). Hoc fi
mamentum est fides, quae (19) dividit aqua
ab aquis. Fides enim (20) est origo sapientia
et (21) origo scientiae, ac per hoc *in medi
(22); sive sit scientia de temporalibus, siv
sapientia de aeternis (23). Nec enim (24) sa
pientia vel scientia discordant a fide, quin po
tius per eam distinguuntur (25). Tertia intel
ligitur per tertiam diem, ubi congregatae sun
aquae in locum unum, sive suum (26). e
apparuit arida : terra enim (27) est scriptur
habens intelligentias spirituales, hierarchicas
angelicas et (28) divinas, quae mirabilite
pullulant a sanctis expositae (29), et in hi
(30) producitur herba virens (31), et omn
lignum pulchrum visu, et ad vescendum suav
(32). Cavere tamen (33) etc.

(1) Codex B omit. *paucorum.* — (2) Videlicet quinta et sexta. — (3) Idest septima. — (4) Ex cod. B
nam cod. A omit. *tantummodo beatorum.* — (5) Cod. A leg *extendi.* — (6) Cod. A *intelligentia de se*
— (7) Cod. A omit. *per naturam.* — (8) Cod. B *hoc.* — Uterque cod. omit. *Haec est lux de
qua.* — (10) Codex B omit. — (11) Codex A omit. *naturaliter.* — (12) Cod. A omit. *boni.* — (13) Cod. A
omit. *quia.* — (14) Cod. B leg. *neque enim.* — (15) Cod. A omit. *divinae.* — (16) Cod. A omit. *et sine*
— (17) Cod. A addit *etiam.* — (18) Cod. A omit. *aquarum.* — (19) Cod. A leg. *et dividit.* — (20) Cod. A
omit. *enim.* — (21) Cod. B addit *est.* — (22) Cod. A omit. *ac per hoc in medio.* — (23) Cod. A leg.
scientiae, et sive sit de aeternis, sive de temporalibus. — (24) Cod. A omit. *nec enim*, et leg. *sive scien
tia, sive sapientia non discordant.* — (25) Cod. A omit. *quin potius per eam distinguuntur.* — (26) Cod.
A omit. *in locum unum, sive suum.* — (27) Cod. A omit. *enim.* — (28) Cod. A omit. *et.* —
(29) Cod. A leg. *mirabiliter expositae a sanctis pullulant.* — (30) Cod. B leg. *et sic.* — (31) Cod. B
omit. *virens.* — (33) Cod. A leg. *lignum paradisi.* — (33) Cod. A *Caveat quisque* etc.

CAPUT VII.

Specimen quaestionum quae detectis mss. codicibus perpetuo solvuntur.

Quamquam plurimae sint diversi generis quaestiones, quae rca scripta, gesta et doctrinam Seraphici Doctoris, in nova unt ejusdem operum editione discutiendae: jamque multas ex lis vel nunc certo definire possem; mihi tamen multis, quae l ipsas solvendas collegi, documentis, hic uti non licet. Quaropter horum solummodo specimen hic praebeo, trium videlicet uaestionum, quae ope manuscriptorum detectorum ita solvuntur, t unquam deinceps earum solutio, in dubium revocari possit.

Prima veniat quae brevem respicit Expositionem in universos David Psalmos, cujus praefatio incipit: *Quisquis ad diviae paginae lectionem erudiendus accedit.* Opus vero exorditur: *eatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Homo quando cogitionem suam ad terrena flectit, a patria in exilium vadit.* Et nem accipit a sequentibus: *Sola enim perseverantia accipit braium.* A Romanis primo editoribus cusa, ad normam veteris xemplaris ex Hetruria allati, et Sixto Pontifici Maximo tamuam praeclarum munus oblati, locum dein habuit in omnius, quae subsecutae sunt, operum omnium S. Bonaventurae ditionibus. Nemo ex nostratibus, et neque ex exteris, si Venes editores excipias, et eos etiam qui ab ipsis coeca fide sententiam mutuati sunt, in dubium revocavit, praedictam Expositionem legitimum esse foetum S. Bonaventurae. Veneti autem litores eadem facilitate qua certissima opera Doctoris nostri ad uria ablegarunt, etiam adulterina eidem tribuerunt. Unde ipsi lem merentur parvam apud eos quos non lateat, rationibus

illos nullius saepe vel certe exigui ponderis usos fuisse in sententiis dicendis, quaeque vel contra certissima opera, ab iisdem ut legitima admissa, valuissent: ac propterea vel cum veritati objectivae ipsi judicando adhaeserunt, id pluries non ex rationibus quas afferunt ad subjectivam certitudinem pariendam idoneas, repetendum, sed quasi fortuito et hariolantibus dicendum est contigisse. Quamobrem pater Hyacinthus Sbaralea et pater Benedictus a Cavalesio, paucis et facile diluunt, quae Veneti editores objectant contra praefatam in Psalmos Davidicos Expositionem. Quocirca laudatus Bonelli, sententiam quoque referens patris Sbaraleae, suam sequentibus exposuit: « Proba-
« tur legitimum Bonaventurae opusculum nedum universali,
« sed et singulari editione Vaticana, magisque confirmatur ve-
« tere exemplari manu exarato, quod, tamquam praeclarum mu-
« nus Sixto V Pontifici Maximo ex Etruria allatum, bonae no-
« tae atque ad fidem faciendam idoneum credendum est:
« praesertim cum non modo locutionum formae, sed etiam
« doctrina sit cum ceteris illius opusculis et expositionibus
« consentiens, ut animadvertunt in *Argumento* Romani edito-
« res. Profecto quod hujus Summae auctor scribit *de perfe-*
« *ctione senarii numeri et ejus partibus aliquotis* (1), conforme
« omnino est iis, quae S. Bonaventura docet nedum in Illu-
« minationibus Ecclesiae (2), sed etiam libro primo Sententia-
« rum (3). Ubi etiam Deum *medium* velut centrum in sphaera
« praedicat, adnotando quod Deus *dicitur stare in medio, non*
« *extra exclusus: nam dicitur intra omnia, quia omnia replet;*
« *extra omnia, quia omnia continet; supra omnia, quia omnibus*
« *praesidet; subtus omnia, quia omnia sustinet* (4); non dissentit
« a Bonaventura, qui, in suo Itinerario mentis in Deum, a-

(1) In Psal. 129.
(2) Serm. 4.
(3) Dist. 2, art. 1, q. 4., in Resolut.
(4) In Psal. 81, 1.

gnoscit Deum tamquam rerum omnium *sphaeram intelligibilem, cujus centrum est ubique, et circumferentia nusquam: centrum*, inquam, quod *stabile manens, moveri dat universa; et est intra omnia non inclusum, extra omnia non exclusum, supra omnia non elatum, infra omnia non prostratum* (1). Sicut autem idem Bonaventura alibi loqui consuevit, fusiusque disserere de sacrae Scripturae praestantia, et reductionem omnium artium ad theologiam ostendit; pariter heic vel ab ipso praefationis exordio eamdem praestantiam auctor innuit, ipsamque Scripturam indicat, cum materiae dignitate, tum profunditate ac subtilitate, omnibus aliis praecellentem, omnes alias artes et scientias, grammaticam, dialecticam, rhetoricam, arithmeticam, musicam, geometriam, physicam, *quasi theologiae pedissequas* adseverat.

« Nihil etiam obstat, quominus eamdem *expositionem* divo Bonaventurae adscribamus. Non silentium Ptolomaei Lucensis, cum similes alios, eosque certos ejusdem Bonaventurae Commentarios praetermiserit. Sane, inquit pater Sbaralea, *si Ptolomaei Lucensis auctoritas attendatur, ut excludat hanc Expositionem, excluderet etiam Exposit. in lib. Sapientiae, et Lamentationes Jeremiae, et tamen novissimi censores illas admittunt.* Non obstat quod laudet Aristotelem et Tullium, cum ii ipsi ab eodem Bonaventura in aliis certioribus operibus adhuc frequentius adferantur. *Et quomodo,* pergit Sbaralea, *in Peripateticorum scholis edoctus, Aristotelis vestigiis neutiquam adhaesisse videatur? Legatur ejus Commentarius in quatuor libros Sententiarum, praesertim in Secundum. Sancti Antonini dictum a censoribus productum, loquitur potissimum de asceticis....*

« Eadem Expositio, modo Bonaventuriano, ita perpetuis divinae Scripturae textibus referta est, ut summam etiam exhibeat sacrorum rituum peritiam. In ea inter ceteros *retunditur*

(1) Cap. 5 ad finem.

« *error Graecorum, spirationem activam soli Patri attribuentium* ;
« qui quidem error Bonaventuriana praesertim aetate vigebat
« His autem omnibus facile evanescit quicquid contra hujusmod
« Expositionem a novissimis editoribus objectatur (1). »

Verum enim vero, his non obstantibus, res modo a nobi non in dubium vocatur, sed penitus conficitur contra ipsum P. Bonelli, Sbaraleam, Casimirum Oudinum, Romanos editores et quotquot praedictum opus sive dubie sive certo S. Bonaventurae adscripserunt. Igitur ad S. Bonaventuram illud nullatenu spectare dicimus. Testes adduco codices plures, qui opus Doctori nostro perpetuo auferunt, et Michaëli Meldensi Archiepi scopo Senonensi vere et certissime restituunt. Ii porro codices a me inspecti et recensiti sunt:

1. Oxonii in Collegio Novo, codex 36, in folio, membranaceus, foliorum 113, saeculi XIV, olim Willelmi Malton, poste Willelmi Ware, Collegii Novi sociorum. Incipit folio secundo absque titulo et nomine auctoris : *Quisquis ad divinae paginae lectionem erudiendus accedit.* Sed fol. 4, in superiori margine grandioribus literis et coloratis legitur : *Incipiunt distinctiones magistri Michaëlis Meldensis super Psalterium.* Ipsa vero Expositio exorditur: *Beatus vir qui non abiit. Homo quando per contemplationem Deo adhaeret in patria manet, et quando cogitationem suam ad terrena flectit, a patria in exilium vadit.* Pluribus in locis detruncata, et brevior quam edita sub nomine S. Bonaventurae adparet, sed cum ea omnino convenit, et plurimas habet variantes lectiones. Desinit fol. 112 : *finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit. Sola enim perseverantia accipit bravium.* Dein a prima manu :

Doctor Meldensis Praesul Senonensis,
Hic bene Psalmorum polixena verba locavit.

2. Londini in Museo Britannico, mss. cod. regiae coll

(1) Prodrom. col, 629 et seq.

ctionis, signatus III. A. 6, membran. in 4°, folior. 106, binis columnis saeculo XIII ineunte exaratus. Folio primo recto, col. 1, in superiori margine, literis coloratis: *Incipiunt distinctiones Magistri Michaëlis Meldensis super Psalterium.* Praefatio incipit: *Quisquis ad divinae paginae lectionem erudiendus accedit.* Primi Psalmi expositio: *Beatus vir qui non abiit. Homo quando cognitionem suam ad terrena flectit, a patria in exilium vadit.* Desinit fol. 106, col. 2 circa finem: *finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit. Sola enim perseverantia accipit bravium.* Dein, primo viridibus ac postea rubris literis, haec habentur:

Doctor Meldensis Michaël Praesul Senonensis,
Hic bene Psalmorum polixena verba locavit.

3. Parisiis in bibliotheca, quae modo Nationalis, olim Regia audiebat, mss. cod. latin. collectionis regiae 446, olim Colbertinus 216, membranac., in 4°, saeculi XIII ineuntis miscellanea. Fol. 81, recto, col. 1, in initio: *Quisquis ad divinae paginae lectionem.* Psalmus primus: *Beatus vir qui non abiit. Homo quando cogitationem suam ad terrena flectit.* Desinit fol. 132 verso, sequentibus: *finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit. Sola enim perseverantia accipit bravium.* Dein, post spatium vacuum unius lineae, ab eadem manu: *Finis distinctionum post Meldensem collectarum. Amen.*

4. Ibidem, mss. latin. 14424, olim Victorinus, saeculo XIII ineunte vel circiter exaratus, folior. 180 miscellanea. Fol. 49 recto, col. 1: *Quisquis ad divinae paginae lectionem.* Psalmus: *Beatus vir. Homo quando cogitationem suam ad terrena flectit.* Desinit fol. 98 recto, col. 2 in medio: *finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit. Sola enim perseverantia accipit bravium.* Dein, eodem quo reliquo operis charactere, legitur: *Finis distinctionum post Meldensem collectarum.*

5. Ibidem, cod. latin. ad Regiam spectans collectionem sub numero 441, olim DD. de Bethune, membr., in 4°, folior. 118.

Fol. 5 recto, rubris literis: *Notulae super Psalmos. Quae sit materia divinae lectionis.* Nigris vero praefatio incipit: *Quisquis ad divinae paginae lectionem.* Psalmus primus: *Beatus vir..... Homo quando cogitationem suam ad terrena flectit.* Auctoris nomine destituitur, sed convenit cum impressa sub S. Bonaventurae nomine Psalmorum Expositione. Et cum praecedentibus manuscriptis codex iste antiquior sit, utpote cujus aetas intra finem saeculi XII et initium XIII statuenda videatur, majorem quam ceteri fidem facit, Bonaventurae abjudicandam esse hanc Psalmorum Expositionem.

6. Ibidem, in bibliotheca Mazarinea, mss. cod. 681, membranaceus, in 4°, a diversis manibus exaratus. Fol. 129 recto, col. 1: *Quisquis ad divinae paginae lectionem. — Beatus vir qui..... Homo quando cogitationem suam ad terrena flectit.* Desinit, fol. 222 verso: *finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit. Sola perseverantia accipit bravium. Finis distinctionum post Meldensem collectarum.* Hujus Expositionis scriptura est saeculi XIII, sed ejus quaedam pars saeculi XII exeuntis.

Alios habeo codices pro Meldensi, alibi recensendi, nullum pro Bonaventura. Sed relati sufficiunt ad probandum, archiepiscopum Senonensem Michaëlis nomine vocatum, auctorem esse praedictarum distinctionum ex ipsius ore dicentis collectarum, nullatenus vero Bonaventuram, qui certe antequam nasceretur nihil scribere potuit, nec etiam antequam disciplinis theologicis imbueretur, ejusmodi opus theologicum scribere, minus autem ad auditores lectionibus habere, potuisset. Haec igitur quaestio prius soluta quam nata dici potest, cum nemo hucusque, quod ego sciam, tradiderit, editam Expositionem in Psalmos David S. Bonaventurae adscriptam, legitimum auctorem agnoscere quemdam Michaëlem archiepiscopum Senonensem, et huic esse restituendam, Bonaventurae autem omnino auferendam, cum codices plures ipso antiquiores Archiepiscopo Senonensi adscribant.

De praefato Michaëli, Meldensis appellatus quia Meldensis esiae decanus fuit, sed verius e Corbolio dicendus, *Gallia stiana*, tom. 8, col. 1665, edit. Paris. an. 1744, Decanos esiae Meldensis recensens, haec habet: « Michaël I de Cor-», frater Reginaldi de Corbolio Episcopi Parisiensis, ex ca-eo et cancellario Ecclesiae Parisiensis factus Decanus Mel-is, bullam protectionis ab Alexandro III obtinuit, in qua jus ndi decani, capitulo confirmatur. Testis occurrit, an. 1169, teris Stephani episcopi, medietatem decimae de Quinciaco anniversario suo largientis. Subscripsit an. 1184 fundationi aci. Arbiter electus est cum Petro Cantore Parisiensi inter idiaconum Soliacensem in Ecclesia Aurelianensi et capitu- Jargogilense motae litis, quam Hugo decanus Aurelianensis it an. 1185. Fuit et decanus Laudunensis et Parisiensis; que electus in Patriarcham Jerosolymitanum, antequam il-iter arriperet, factus est Senonensis archiepiscopus. Obitus notatur in Necrologio Meldensi ad diem primam decembris.» Tomo autem 12, col. 55 et 56 ejusdem *Galliae Christianae*, itur, praedictum Michaëlem, archiepiscopum Senonensem 1194 creatum, obiisse an. 1199.

Quaestio altera, quam codices a me inspecti penitus sol-t, est de opusculo quod inscribitur *De sex alis Cherubim*. m veluti dubium Bonaventurianis accensent Romani edi-s, Waddingus, Oudinus (1) et pater Bonelli in Prodromo: inter spuria rejiciunt Veneti editores et cum ipsis P. J. H. ralea. Horum sententiam ratam faciunt mss. codices multi e visi, quos inter, ipso Bonaventura nonnulli antiquiores, propterea, ad Bonaventuram quod attinet, finem ponunt

(1) Qui, *in Commentar. de Scriptor. Eccles.* tom. 3, col. 436, agens de quinque opusculis quae ani editores veluti dubia in Appendice ediderunt, quaeque uti dubia etiam Waddingus recen-hujus sententiae se adhaerere fatetur: " Cum autem, inquit, in censura horum opuscu-n nobis Waddingus consentiat, aliud nihil agam, quam ut ipsum transcribam. „ Inter haec cula, et illud de sex alis Cherubim recensetur.

quaestioni. Festine scribenti haud vacat modo, hujus opusculi mss. codices recensere. Sufficiat igitur duos tantum indicare, unum nempe Universitatis Cantabrigensis, Mm. V. 33 signatum, ac saeculo XII exeunte vel XIII ineunte descriptum: alterum Parisiensem, Regiae collectionis 3745, saec. XIII ineunte exaratum.

Quaestio tertia versatur circa opusculum, cujus titulus: *Summa de essentia, et invisibilitate et immensitate Dei.* Non modo Bonaventurae tribuitur, sed etiam Hieronymo, Augustino, Ambrosio et Anselmo, atque ex libro Eucherii Lugdunensis episcopi *de formulis spiritualis intelligentiae* sumptum dicitur. Ejus auctorem dubium agnoscunt Bonaventuram Romani editores, Waddingus, Oudinus, Sbaralea et Bonelli. Veneti editores laudato Eucherio indubie adscribunt. Ego autem extra litem pono Bonaventuram et Anselmum, quibus antiquiores codices reperi duos, quorum alter est bibliothecae Carnotensis, olim signatus n. 7, modo 66 $\frac{1}{D}$, quem manuscriptorum catalogu sejusdem bibliothecae, an. 1840 impressus, saeculo VIII exaratum putat, sed certe saeculo X recentiorem nemo dixerit. Hoc in codice opus S. Augustino inscribitur, et fusius est quam editum sub S. Bonaventurae nomine, ac iisdem verbis [desinit quibus apud Augustinum, in appendice tom. 8, col. 72, edit. Venet. an. 1733. Codex alter est bibliothecae Albiensis, sub n. 43 moderni catalogi, an. 1849 impressi, recensitus, cujus catalogi auctor codicem illum saeculo IX vel X scriptum judicavit (1). In eo, opus de quo agimus, desinit ut in codice Carnotensi. Codicem utrumque multas variantes continere patuit conferenti.

Ex his porro tribus solutis quaestionibus, quae opera tria S. Bonaventurae certissime auferunt, lector animadvertet, nobis summo studio esse unius veritatis detegendae, ac nullatenus velle Bonaventuram nostrum alienis ornare operibus, cum certum sit, sanctos Ecclesiae Doctores alienis scriptis coli et decorari non posse.

(1) Catalogue géneral des Mss. des Bibliothèques publiques des Departements, t. 1, p. 490.

CAPUT VIII.

Opera quaedam mutila Sancti Bonaventurae, quae inventis manuscriptis codicibus complentur.

I.

Sermones de septem donis Spiritus Sancti, quos pater Bonelli in Supplementi tomo tertio a col. 419 ad 494, unius tantum codicis ope, a patre Joanne Hyacintho Sbaralea in tabulario Asisiensi reperti, primus edidit, opus constituunt valde mutilum tribus de causis. Primo nimirum, quia non omnes refert sermones et collationes de septem donis Spiritus Sancti, a S. Bonaventura tempore quadragesimali habitos. Secundo, quia sermones editi, exordio carent. Tertio quia, etsi exordio non carerent, adhuc tamen valde contractiores sunt, quam a S. Bonaventura habiti non modo, verum etiam quam in aliis mss. codicibus inveniuntur descripti. Eos siquidem tam completiores et fusiores ego reperi, ut editi a Bonelli, vix dimidiam partem referant materiae, quam nos daturi sumus in nova eorumdem editione. Sunt enim in detectis mss. codicibus numero plures, fusiores, et exordium singuli praeferentes. Quod ut pateat, eorum indiculum ter damus, prout scilicet iidem habentur in Supplemento, in codice quodam Gallico, et in alio Anglicano.

1.

Sermones de septem donis Spiritus Sancti editi in Supplemento ad normam codicis Asisiensis.

1. *Sermo proemialis*, incipit : « Hortamus vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. 2 Cor. 6, 1. Hortatur nos Apostolus in his verbis ad gratiam recipiendam, custodiendam et multiplicandam. »
2. *Sermo de dono timoris*, incip. « Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos. Psal. 33, 12. Invitat Dominus in his verbis filios gratiae Dei et adoptionis ad addiscendam lectionem timoris Domini. »
3. *Sermo de dono pietatis*, incip. « Exerce teipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio..... et futurae. 1 Tim. 4, 7, 8. Ostendit Apostolus in his verbis duplex exercitium quod convenit homini, corporale scilicet et spirituale. »
4. *Sermo de dono scientiae*, incip. « Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse .... in facie Jesu Christi. 2 Cor. 4, 6. In his verbis notatur donum scientiae quantum ad antecedentia et consequentia. Antecedentia sunt duo, scilicet lumen innatum et lumen infusum scilicet fidei. »
5. *Sermo de dono fortitudinis*, incip. « Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae. Psal. 67, 36. In his verbis describitur donum fortitudinis, vel donum Spiritus Sancti divinitus datum etc. »
6. *Sermo de dono consilii*, incip. « Quaesivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum. Prov. 31, 13. Describitur hic donum consilii quantum ad duo, scilicet quantum ad actum exstrinsecum et praevium etc. »

7. *Sermo de dono intellectus*, incip. « Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Psal. 15, 7. In his verbis explicatur donum intellectus a Spiritu Sancto datum quantum ad duo, scilicet quantum ad suscipientis humilem gratitudinem. . . . . et quantum ad dantis liberalem diffusionem. »
8. *Sermo de dono sapientiae*, incip. « Si consurrexistis cum Christo, quae sursum . . . . . non quae super terram. Ad Coloss. 3, 1, 2. In his verbis hortatur nos Apostolus adipisci donum verae sapientiae. »

2.

Iidem sermones cum quibusdam aliis in codice Gallico contenti.

1. *Sermo proemialis.* — « Hortamur vos. . . . . Diffusa est gratia in labiis tuis. . . . . Secundum verbum dirigitur ad Dominum nostrum. »
2. *Sermo de dono timoris.* — « Venite filii audite me..... Audi tacens et pro reverentia..... Verbum ultimum describitur in Ecclesiastico. »
3. *Sermo de dono pietatis.* — « Exercere teipsum ad pietatem... Verba ista sunt in prima epistola ad Timoth. »
4. *Sermo de dono scientiae.*—« Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere... Qui corripit gentes non arguet... David dicit quod magnus doctor scientiarum Deus est..... »
5. *Sermo de dono fortitudinis.* — « Mulierem fortem quis inveniet. . . . . Sicut turris David collum tuum..... Verbum ultimum scribitur in Cantic. (1) »
6. *Sermo in annuntiatione dominica* (2). — « Mulierem fortem...

(1) In hoc exordio agit de B. Virgine, quam commendari ait, " primo, a spiritualis fortitudinis roboratione; secundo, a supernaturalis conceptus foecunditate; et tertio, a salutaris cor discretione.... De dono fortitudinis dicemus hodie, de privilegio foecunditatis cras in de dono consilii cras in sero. "

(2) In hoc sermone agit, ut promiserat, de privilegio foecunditatis B. M. V.

Ora pro nobis quia mulier sancta es. Verbum ultimum fuit verbum sacerdotum ad Judith. »

7. *Collatio de B. Maria.* — « Mulierem fortem..... Sapientia ubi invenitur..... Job facit quaestionem. »

8. *Sermo de dono consilii.* — « Quaesivit lanam et linum. Videte quod hic Spiritus Sanctus describit donum consilii. »

9. *Sermo de dono intellectus.* — « Benedicam Dominum qui tribuit mihi..... Audiens sapiens sapientiam..... Salomon in secundo verbo ostendit. »

10. *Sermo in coena Domini.* — « Vidi et ecce in medio throni... Misit servum suum... Verbum secundum est in Luca. »

11. *Sermo de mysterio redemptionis nostrae.* — « Vidi et ecce agnus..... Adeamus cum fiducia..... Thronus gratiae Virgo Maria, thronus misericordiae crux Christi..... »

12. *Sermo de dono sapientiae.* — « Si consurrexisti cum Christo... Fili, concupiscens sapientiam..... Ecclesiastic., ubi ostenditur qualiter..... »

13. *Sermo de dono, merito et praemio.* — « Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. In hoc verbo tanguntur tria, donum, meritum et praemium. »

3.

Iidem sermones de septem donis Spiritus Sancti, cum quibusdam aliis, a quodam Codice in Anglia asservato comprehensi.

Codex est membranaceus, in 4°, saeculi XIII, folior. 416, quorum ordo turbatus fuit a compactore. Sermones Bonaventurae inscribuntur a prima manu, sequenti modo:

1. « Sermo in prima dominica Quadragesimae fratris Bonaventurae. — *Relinquit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei. Relinquite infantiam, et vivite, et ambulate per viam prudentiae.* Prov. 9, 6. Sicut enim

est duplex homo in nobis, scilicet homo interior et exterior, hoc est duplex aspectus in anima rationali; primo aspectu fertur homo in sensibilia sensibiliter, secundo aspectu fertur in intellectualia rationabiliter; ita habet homo duplicem sensum... »

« Incipiunt sermones fratris Bonaventurae de septem donis Spiritus sancti. *Hortamur vos, ne... Diffusa est gratia...* Verbum secundo propositum dirigitur ad Dominum nostrum Jesum Christum..... »

« Sermo Bonaventurae de dono timoris Domini. — *Venite filii, audite me..... Audi tacens....* Verbum ultimum scribitur in Ecclesiastico, in quo sapiens.... »

« Sermo fratris Bonaefortunae. — *Purgabit filios Levi, et colabit eos..... Abominationes sunt Domino cogitationes malae....* Tantae puritatis est Deus cui servimus, quem adoramus et colimus..... »

« Collatio. — *Purgabit filios Levi.... Inspice, et fac secundum exemplar.....* Exemplar hodie nobis propositum est Virgo gloriosa: ipsa est mons, de quo dicitur in Daniele.... »

« Sermo Bonaventurae de dono pietatis.— *Exerce teipsum ad pietatem...* Verba ista sunt in prima epistola ad Tim... »

« Sermo fratris Bonae fortunae de dono scientiae. — *Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere.... Qui corripit gentes....* Quod magnus doctor.... »

« Sermo fratris Bonae fortunae de dono fortitudinis. — *Mulierem fortem.... sicut turris David collum tuum...* Verbum ultimum scribitur in Cantica Canticor... »

« Sermo fratris Bonae fortunae de dono fortitudinis. — *Mulierem fortem quis inveniet.... Ora pro nobis quia mulier sancta es.* Verbum ultimum fuit verbum sacerdotum ad Judith.... »

« Sermo de dono consilii fratris Bonae fortunae. —

rem fortem quis inveniet.... Sapientia ubi invenitur... Job facit quaestionem ubi invenitur sapientia... »

11. « Sermo de dono intellectus fratris Bonaventurae. — *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum.... Audiens sapiens.....* In secundo verbo ostendit Salomon.... »

12. « Sermo de dono sapientiae fratris Bonae fortunae. — *Si consurrexistis cum Christo..... Fili concupiscens sapientiam....* Verba ultima sunt in Ecclesiastico, quibus ostendit Ecclesiasticus.... »

13. « Sermo in coena Domini fratris Bonae fortunae.—*Vidi et ecce... Misit servum suum...* Verbum secundum est in Luca... »

14. « Sermo fratris Bonae fortunae in die Parasceve.—*Vidi et ecce... Adeamus cum fiducia thronum gratiae...* Thronum gratiae virgo Maria, thronus misericordiae crux Christi... »

15. « Sermo in ascensione Domini fratris Bonae fortunae. — *Exivi a Patre et veni in mundum, et vado ad Patrem. Accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos....* Verba ultima sunt in Actibus Apostolorum et sunt Salvatoris nostri loquentis ad discipulos suos... »

16. « Sermo in Assumptione Beatae Mariae fratris Bonae fortunae. — *Fons parvus crevit in fluvium maximum... Haec est quam rex coepit in uxorem et voluit esse reginam.* Fons vitae eruditio possidentis. Sicut materialiter videmus quod corpus humanum sustentatur cibo et potu, sic anima rationalis cibum vult et potum. Cibus ejus est intellectus. Unde Ecclesiasticus: *cibavit illum pane vitae et intellectus.* Potus ejus est suavitas ex devotione habita, unde dicit: *et aqua sapientiae salutaris potavit illum....* »

Non abs re erit quaedam animadvertere circa praedictos codices, Anglicanum nempe et Gallicum. Ex utroque conficitur S. Bonaventuram sermones de septem donis Spiritus Sancti habuisse tempore quadragesimali, postremum vero ex illis, vi-

delicet *de dono sapientiae*, tempore paschali, ipso die festo Resurrectionis dominicae. Secundo animadverto, sermonibus de septem donis Spiritus Sancti alios praemisisse et intercalasse Seraphicum Doctorem, prout festivitates eo tempore occurrentes postulabant. Tertio, verisimilius et sermones dominicae primae in Quadragesima, ac diebus Ascensionis Domini et Assumptionis B. M. V., eodem anno habitos fuisse. Quarto, codicem Anglicum qui hos refert sermones, S. Bonaventura adhuc vivente, vel paucos post annos ab ejus obitu, ab unica manu exaratum fuisse. Quinto, Seraphicum Doctorem, indifferenter Bonaventuram et Bonafortunam saeculo XIII audivisse. Sexto codicem Anglicum mendis scatere quamplurimis; et sermonis de assumptione B. M. V., sequentibus divisionem proferri: « Et describitur nobis hic sub me-
« taphora fontis, ratione gratiae acceptae in sua origine; sub
« metaphora fluvii, ratione gratiae superadditae in filii Dei con-
« ceptione; sub metaphora solis et lucis, ratione gratiae con-
« summatae in ejus glorificatione. Primum notatur cum dicit:
« *fons parvus*. Secundum notatur cum dicit: *crevit in fluvium*
« *magnum*. Tertium notatur cum dicit: *et in solem lucemque*
« *conversus est*. » Doleo hunc sermonem mutilum esse in codice Anglicano, ac nondum completum in aliis mss. codicibus me reperire potuisse. Vix enim prima pars, ex tribus quibus thema explanandum erat, in eo habetur. Docet autem Seraphicus in hac prima parte, rationem fontis competere Deo, Christo et B. M. Virgini: hanc vero comparari fonti parvo, fonti vivido, fonti signato, fonti largifluo. Horum ope si quis integrum sermonem invenerit, et mihi indicaverit, de nova editione optime meritum proclamabo.

His adnotatis, pretium operis esse duco, specimen unum exhibere differentiae quae est inter editos sermones de Donis Spiritus sancti et codicem Gallicum, quem pene integre et recte descripsit socius meus pater Eugenius a Venetiis. Damus vero codicis lectionem nullis pene mendis expurgatam.

EXCERPTUM EX SERMONE DE DONO SAPIENTIAE IN *Supplemento* AD NORMAM CODICIS ASISIENSIS IMPRESSO

SUPPLEMENTUM (1)

De tribus ergo dicendum, ut ad quartam veniamus. Philosophia ergo est veritatis perscrutabilis notitia certa: theologia est veritatis credibilis notitia pia: gratuita est veritatis elegibilis notitia sancta: sed gloriosa est veritatis desiderabilis notitia sempiterna. Philosophia est veritatis perscrutabilis notitia certa, de qua Prov. 22, 20: Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus et scientia, ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis. Verbum Dei est hoc; ipse enim est qui docet hominem scientiam, scilicet philosophiam, tripliciter, scilicet secundum rationalem, naturalem et moralem, in quantum est causa essendi, ratio intelligendi et ordo vivendi, ut ostendatur veritas rei, quae est in divino esse quantum ad naturalem;

IDEM EXCERPTUM

AD NORMAM CUJUSDAM CODICIS GALLICI RELATUM

CODEX R

De istis quatuor scientiis volumus dicere, ut ad te
tiam possimus pervenire, de qua loquimur hic. Scie
tia physica nihil aliud est quam veritatis, ut scrutabil
notitia certa. Scientia theologica est veritatis, ut c
dibilis, notitia pia. Scientia gratuita est veritatis,
desiderabilis, notitia sancta. Scientia gloriosa est ve
tatis, ut desiderabilis, notitia sempiterna.

Primo incipiamus a scientia physica. Dico qu
scientia physica est veritatis, ut scrutabilis, noti
certa. De hac scientia dicitur in Prov. (2): *Ecce*
scripsi eam tripliciter in cogitationibus et scientia,
ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis. Pot
illud verbum esse Salomonis et verbum Dei. Ipse en
describit scientiam physicam tripliciter, idest secund
triplicem rationem describit eam, ut naturalem, ut
tionalem et ut moralem, scilicet in quantum est ca
essendi, ratio intelligendi et ordo vivendi. In quant
est causa essèndi designat scientiam naturalem:
quantum est ratio intelligendi, signat scientiam ra
nalem: in quantum est ordo vivendi, describit sci
tiam moralem. Nec tantum est verbum illud Dei, i
est etiam Salomonis, qui disputavit a cedro Lib
usque ad hyssopum. Ipse dicit : *Ecce descripsi e*
tibi tripliciter ut ostenderem tibi firmitatem, idest
lidam et firmam veritatem *et eloquia veritatis:* i
describit eam tripliciter, scilicet in quantum est v
tas rerum, veritas sermonum et veritas morum, sec
dum quod est indivisio entis ab esse, et entis a fi
Veritas rerum est indivisio entis ab ente; veritas s
monum est indivisio entis ab esse; veritas morum
indivisio entis a fine. Veritas morum est rectitudo
cundum quam homo bene vivit intus et extra sec
dum dictamen juris, quia jus est regula rectitudi
Veritas sermonum est adaequatio vocis et intellec

(1) Vol. 3, col. 443, n. 30.

(2) Prov. 22, v. 20, 21.

SUPPLEMENTUM

veritas morum, quae est regula vitae quantum ad moralem; veritas sermonum, quae est adaequatio sermonum et intellectus quantum ad rationalem. Haec enim triplex veritas descripta fuit Salomoni. De rationali seu sermocinali, Sapientia 9, 10: Mitte illam de coelis sanctis tuis et a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit et mecum laboret et sciam quid acceptum sit coram te, vel apud te. Scit enim illa omnia, et intelligit et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia, et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum juste; et ero dignus sedium patris mei. Item Sapientia, 7, 15: Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia et praesumere digna horum, quae mihi dantur; quoniam ipse sapientiae dux est, et sapientium emendator. In manu enim illius et nos et ser-

CODEX R

Veritas rerum est adaequatio intellectus et rei. Et quia scientia physica eloquia veritatis docet, et triplex est veritas, ideo dicit quod descripsit eam tripliciter. Non credatis quod Salomon istam triplicem notitiam adquisierit. De scientia sermocinandi dicit quod eam habuit. Unde in libro Sapientiae dicit (1): *Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut dignus sim sedium patris mei* (2). Ibi scriptum est (3): *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia et praesumere digna horum quae mihi dantur..... In manu ejus sumus nos et sermones nostri.* Impossibile est quod sapientia fiat doctrina, nisi per sermonem. Sermo autem non est sufficiens ad docendum nisi sit sententiosus; et non loquitur homo sententiose, nisi sermo ejus sit discussivus, inquisitivus et persuasivus, scilicet quod habeat sermonem potentem ad loquendum omne illud quod potest apprehendi vel nosci, vel ad quod affectus potest inclinari. Congrue autem exprimit quod dicit per grammaticam: rationabiliter investigat per scientiam naturalem: et efficaciter persuadet per rhetoricam. Igitur est pars philosophiae, scilicet sermocinalis, quae triplex est, ut patet, quam adeptus est Salomon. Alteram partem philosophiae, scilicet quae est in veritate rerum, dicit se Salomon adeptum esse. Unde dicit in libro Sapientiae: *Mihi dedit Deus eorum quae sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutem elementorum* (4). Certum est quod notitia veritatis rerum triformis est, secundum quod sunt formae concretae, formae abstractae, et formae separatae. Formas concretas considerat physicus; formas abstractas methaphysicus; et formas separatas mathematicus. Unde dicit: *Mihi dedit Deus scientiam eorum quae sunt*, idest entium principaliter quae vere entia sunt quantum ad scientiam methaphysicam: *ut sciam dispositionem orbis terrarum* quantum ad mathematicam; et *virtutes elementorum* quantum ad naturalem philosophiam. Salomon scivit anni cursum ex dispositione stellarum,

(1) Sap. 6, v. 4: *Da mihi sedium.*
(2) Ib. v. 12: *et ero dignus sedium.*
(3) Sap, 7, v. 15, 16.
(4) Sap. 7, v. 17.

mones nostri; nam sermo est instrumentum docendi, qui dicit aliquid ex sententia cum loquitur ad exprimendum quantum ad grammaticam, discutiendum quantum ad logicam, et persuadendum quantum ad rhetoricam, omne quod potest nosse. De naturali vero, Sapientia 7, 17: Ipse dedit mihi horum quae sunt, scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum. Et haec aut sunt de abstractis quantum ad universalem, scilicet mathematicam et metaphysicam; unde dicit: anni cursus et stellarum dispositiones; aut sunt de concretis quantum ad naturalem, scilicet physicam circa rerum generationem et corruptionem secundum virtutes naturales et seminales; unde dicit: naturas animalium etc. De morali Ecclesiastes 7, 26: Lustravi universa animo meo, ut scirem, et considerarem et quaererem sapientiam et rationem, et ut cognoscerem impietatem stulti et errorem imprudentium. Multa dicit se considerasse et omnia ordinasse ad mores. Carissimi, impietas stulti est, in male sentiendo de causa causarum. Error imprudentium est circa regimen vitae monasticae vel vitae oeconomicae, vel politicae, idest circa regimen sui vel familiae vel civitatis. Magna prudentia est ad regimen sui, major ad regimen familiae, sed maxima circa regimen civitatis. Impossibile est quod sol illuminet remota corpora a se, et non illuminet propinqua sibi. Non potest habere familiam ordinatam nisi ipse sit ordinatus. Volet aliquis habere sermones castos et ipse non erit castus; hoc non potest esse. Similiter nisi homo bene regat familiam suam, non poterit bene regere civitatem, quia *qualis princeps civitatis, tales erunt habitantes in ea* (2). Ostendit igitur Salomon se pervenisse ad triformem descriptionem scientiae physicae, scilicet ad descriptionem scientiae rationalis, moralis et naturalis, et ad triformem descriptionem quarumlibet istarum. Qui haberet descriptionem istarum scientiarum secundum veritatem, maximum speculum haberet ad cognoscendum, quia nihil est in aliqua istarum scientiarum quod non importet vestigium Trinitatis. Illud esset facile ostendere, sed longum esset. Prima claritas, scilicet scientiae physicae, magna est secundum opinionem hominum mundialium, sed de facili eclypsatur nisi homo caveat sibi a capite et cauda draconis. Si aliquid interponatur inter ipsum et solem justitiae, patitur eclypsim stultitiae. Jeremias (3): *Stultus factus est omnis homo a scientia sua*, scilicet occasionaliter non causaliter. Qui confidit in scientia physica, et appretiatur se propter hoc, et credit se esse meliorem, stultus factus est, scilicet quando per istam scientiam, sine ulteriori lumine, credit se apprehendere creato-

(1) Eccl. 7, v. 26: *Lustravi universa animo meo...*

(2) Eccli. 10, v. 2.

(3) 10, v. 14.

scerem impietatem stulti et errorem imprudentium, qui scilicet est contra mores. Impietas est in male vivendo, error in eo qui est circa se, sicut in familia, vel circa alios, sicut in civitate. Primo enim debet homo ordinari in se, deinde circa alios quantum ad monasticam, oeconomicam et politicam; exemplum de sole, qui primo illuminat quae sunt circa se, postea alia.

Claritas harum scientiarum eclypsatur, nisi caveat a capite et cauda draconis. Jeremia 10, 14: Stultus factus est omnis homo a scientia sua, non causaliter, sed occasionaliter; quando se credit majorem quam sit, vel quando se credit, attingere per scientiam ad quod non potest. Ad Rom. 1, 21. Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor rem, sicut homo per candelas vellet videre coelum vel corpus solare. Certum est quod rationalis philosophia in rhetorica consummatur, cum sit triplex genus deliberativae, scilicet quando homo deliberat de utilitate, de securitate, et de honestate, et ejus oppositio, scilicet de damno et de periculo et de peccato, sive de inhonestate. Non potest homo scire quid utile, quid damnosum, nisi ex additione ultra istam scientiam. Dicitur in Evangelio (1): *Quid prodest homini si universa lucretur, detrimentum autem animae suae patiatur?* Quid valet quod homo multa sciat, si vera honestas animae relinquatur? Certum est etiam quod, secundum scientiam moralem, non potest homo scire quid utile, quid damnosum, nisi ex additione ultra scientiam moralem secundum quod scientia moralis est ritus colendi, norma vivendi et censura judicandi. Quis potest scire ritum colendi, normam vivendi et censuram judicandi? Quis potest scire ritum colendi per philosophiam naturalem? Esto quod homo habeat scientiam naturalem et metaphysicam, quae se extendit ad substantias summas, et ibi deveniat homo et quiescat: hoc est impossibile quin cadat in errorem nisi sit adjutus lumine fidei, scilicet ut credat homo Deum trinum et unum, potentissimum et optimum secundum ultimum influentiae bonitatis. Si aliter credas, insanis circa Deum: si quod proprium est Dei, attribuis alteri, blasphemas et idolatra es, sicut si homo simplicitatem Dei vel hujusmodi attribuat alteri. Igitur ista scientia praecipitavit et obscuravit philosophos, quia non habuerunt lumen fidei. Unde Apostolus (2): *Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, ideo obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se sapientes stulti facti sunt.* Et in libro Sapientiae (3): *Qui cum totum scire potuissent quem non minus Dominum scire voluerunt.* Physica scientia via est ad alias scientia, sed qui ibi vult stare, cadit in tenebras.

Ultra scientiam physicam dedit nobis Deus scientiam theologicam, quae est veritatis credibilis notitia pia, quia lux aeterna, scilicet Deus qui est lux inacces-

(1) Matth. 16, v. 26.

(2) Ad Rom. 4, v. 21 et seq.

(3) 13, v. 9: *Si enim tantum potuerunt scire, ut possent aextimare saeculum, quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt?*

eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, etc.

Secunda claritas, scilicet theologicae scientiae est veritatis credibilis notitia pia. Est enim lux Dei inaccessibilis, quam oculus videre non potest nisi per fidem.

sibilis nobis quamdiu sumus mortales et habemus oculos vespertilionis. Unde Augustinus (1): Acies mentis invalidae in tam excellenti lumine non figitur nisi per justitiam fidei emendetur; ideo super fidem fundata est theologica, sicut scientiae physicae super prima principia sua fundantur.

II.

Sermonibus de septem donis Spiritus Sancti, qui, ope manuscriptorum codicum ad quos exigendi sunt, valde fusiores et completiores fient, addendi sunt sermones multi, in codice Italico superius relato contenti, quos in aliis mss. codicibus integriores et quandoque valde fusos inveni.

III.

Mutilum quoque est opus *de arte praedicandi*, semel editum in Supplemento, ad unius codicis mss. pervetustum exemplar, quod nisi integrum, saltem completius certe praebebimus, plurium ope codicum manuscriptorum, quos invenimus, adjuti.

IV.

Veluti mutilum spectamus Commentarium S. Bonaventurae in secundum librum Sententiarum, cui deest prologus primus, impresso alteri praemittendus, a me repertus in quodam mss. cod. Bibliothecae Andegavensis in Gallia. Anecdotus iste prologus sic incipit: « Salvatoris opitulante gratia, ex quo perventum « est ad completionem primi Sententiarum, fratrum interve- « niente instantia, oportet inchoare secundum. At quemadmo- « dum in primo, sententiis adhaesi et communibus opinio-

(1) De Trinitate, lib. 1, c. 2.

« nibus magistrorum, et potissime magistri et patris nostri « bonae memoriae fratris Alexandri, sic in sequentibus libris « ab eorum vestigiis non recedam.... » Desinit: « His igitur « praelibatis cum invocatione gratiae Dei, calamus sumatur. « Exordium. Solummodo hoc inveni etc. » Ab his postremis verbis, videlicet *Solummodo hoc inveni etc.* initium sumit prologus impressus secundi libri Sententiarum S. Bonaventurae.

V.

Editis Commentariis S. Bonaventurae in Ecclesiasten et in Evangelium Lucae, deest expositio duorum prologorum S. Hieronymi, ab eodem Bonaventura facta, quam primo in nova editione daturi sumus, ad fidem manuscriptorum saeculi XIII.

VI.

Impressa epistola de tribus quaestionibus ad innominatum Magistrum fine caret: qui quidem notabile fragmentum constituit, illi addendum epistolae, ex quodam codice Gallico bonae notae jam descriptum.

VII.

Praefationem in editas *Determinationes quaestionum circa Regulam S. Francisci*, valde longiorem exhibet codex quidam Helveticus. Qui impressam attente perlegerit, truncatam fuisse animadvertet. Id vero mihi constat, non modo quia ipsam legi, sed etiam quia ipsam contuli cum laudato codice manuscripto. Alia sunt, inter Bonaventuriana, incompleta opera, quorum complementum nondum reperi.

CAPUT IX.

Lacunae, menda et variantes editorum Commentariorum S. Bonaventurae in Ecclesiasten et in Libros Sententiarum.

Mutila dicimus ea opera, quae parte aliqua integrante, sive magna sive parva, praecipue in initio et in fine, destituuntur: lacunas vero in ipsis extare, cum aliquid sive multum sive parum, in operis corpore ita deesse suspicamur, ut tamen partium continuatio et corporis unitas utcumque consistere videantur. Quamquam et lacunae, largiori sensu, mutilationes dici possunt: illae enim tam magnae quandoque sunt, ut merito, quae hujusmodi lacunas continent opera, mutila dicantur. Sunt quidem opera non pauca inter Bonaventuriana, quae, juxta datam definitionem, mutila vocamus; sed adhuc plures absque comparatione sunt in illis lacunae, quas, una cum mendis permultis et variantibus, lector ipse observabit in subjectis speciminibus, a manuscriptis operibus Commentariorum S. Bonaventurae in Ecclesiasten et in quatuor libros Sententiarum oblatis. Possemus similia afferre ex compluribus Seraphici Doctoris operibus, cum mss. codicibus jam collatis; sed quae dantur, sufficere putamus ad magis magisque percipiendum, quantum intersit, ad mss. codices impressa opera exigere, non modo Bonaventurae, sed et aliorum Ecclesiae Doctorum, quorum scripta ab hujusmodi vitiis immunia evasivisse, nullus dixerit, qui ea cum mss. codicibus voluerit conferre. Moneo autem ab asterisco indicari, aliquid sive multum sive parum in editione Vaticana deesse, quod adest in manuscriptis codicibus. Qui nonnisi perfunctorie ac primo veluti intuitu lacunas animadvertere voluerit, spatia alba, quae post fragmenta editionis Vaticanae sequuntur, videat, eaque sciat in nova editione implenda fore a mss. codicibus.

EDITAE EXPOSITIONIS S. BONAVENTURAE IN ECCLESIASTEN

LACUNAE A CODICE S EXPLENDAE

EDITIO VATICANA

)m. 1, *p.* 313, *colum.* 2, *lit. b.*

uid *habet amplius homo de uni-*
) *labore suo , quo laborat sub*
? Supple nisi vanitatem et mu-
itatem ? quasi dicat , nihil. De
labore dicitur : Avis nascitur ad
ıdum , et homo ad laborem (1).
Maledicta terra in opere tuo, in
ribus comedes ex ea cunctis die-
vitae tuae (2) *. Et quod non ha-
amplius quam vanitatem osten-
um subdit : *Generatio praeterit*,
neratio advenit*. Ergo mutatio...

)b. 5, 7.
enes. 3, 17.

CODEX S

Quid habet amplius homo de universo labore suo , quo laborat sub sole ? Supple, nisi vanitatem et mutabilitatem ? quasi dicat, nihil. De hoc labore dicitur Job. 5 : Avis ad volatum et homo nascitur ad laborem. Et : Maledicta terra in opere tuo, in labore comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Moraliter: *Quid habet amplius*, id est residuum, *homo* ab humo scilicet terrenus, *de universo labore suo*, id est proprio non Deo et proximo, *quod laborat sub sole* justitiae vel materiali... id est pro terra? quasi dicat, nihil. Et ideo vanitas (est) hujusmodi labor quo congregantur divitiae pereuntes, ambiuntur honores caduci. Unde sic laboranti dicetur illud Lucae 12 : Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, quae autem congregasti cujus erunt? Job. 17: Dives cum dormierit, nihil secum auferet. 1 Tim. 6 : Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium nec auferre quid possumus. Boni supra solem laborant, id est pro aeternis quae supra solem sunt, implentes illud Matth. 6 : Nolite thesaurizare etc. Nec solum supra solem , sed in sole. Psal. In sole posuit tabernaculum suum. Unde Apocal. 12, dicitur: Mulier amicta sole. Et quod non habeat amplius quam vanitatem ostendit cum subdit. Ideo homo rebus minimum durationis habentibus comparatur in scriptura.

Generatio praeterit , et generatio advenit. Ergo mutatio...

CAPUT IX.

Lacunae, menda et variantes editorum Commentariorum S. Bonaventurae in Ecclesiasten et in Libros Sententiarum.

Mutila dicimus ea opera, quae parte aliqua integrante, sive magna sive parva, praecipue in initio et in fine, destituuntur: lacunas vero in ipsis extare, cum aliquid sive multum sive parum, in operis corpore ita deesse suspicamur, ut tamen partium continuatio et corporis unitas utcumque consistere videantur. Quamquam et lacunae, largiori sensu, mutilationes dici possunt: illae enim tam magnae quandoque sunt, ut merito, quae hujusmodi lacunas continent opera, mutila dicantur. Sunt quidem opera non pauca inter Bonaventuriana, quae, juxta datam definitionem, mutila vocamus; sed adhuc plures absque comparatione sunt in illis lacunae, quas, una cum mendis permultis et variantibus, lector ipse observabit in subjectis speciminibus, a manuscriptis operibus Commentariorum S. Bonaventurae in Ecclesiasten et in quatuor libros Sententiarum oblatis. Possemus similia afferre ex compluribus Seraphici Doctoris operibus, cum mss. codicibus jam collatis; sed quae dantur, sufficere putamus ad magis magisque percipiendum, quantum intersit, ad mss. codices impressa opera exigere, non modo Bonaventurae, sed et aliorum Ecclesiae Doctorum, quorum scripta ab hujusmodi vitiis immunia evasivisse, nullus dixerit, qui ea cum mss. codicibus voluerit conferre. Moneo autem ab asterisco indicari, aliquid sive multum sive parum in editione Vaticana deesse, quod adest in manuscriptis codicibus. Qui nonnisi perfunctorie ac primo veluti intuitu lacunas animadvertere voluerit, spatia alba, quae post fragmenta editionis Vaticanae sequuntur, videat, eaque sciat in nova editione implenda fore a mss. codicibus.

EDITAE EXPOSITIONIS S. BONAVENTURAE IN ECCLESIASTEN

LACUNAE A CODICE S EXPLENDAE

EDITIO VATICANA

Tom. 1, *p.* 313, *colum.* 2, *lit. b.*

Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole? Supple nisi vanitatem et mutabilitatem? quasi dicat, nihil. De hoc labore dicitur: Avis nascitur ad volandum, et homo ad laborem (1). Et: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae (2) *. Et quod non habeat amplius quam vanitatem ostendit cum subdit: *Generatio praeterit, et generatio advenit.* Ergo mutatio...

(1) Job. 5, 7.

(2) Genes. 3, 17.

CODEX S

Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole? Supple, nisi vanitatem et mutabilitatem? quasi dicat, nihil. De hoc labore dicitur Job. 5: Avis ad volatum et homo nascitur ad laborem. Et: Maledicta terra in opere tuo, in labore comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Moraliter: *Quid habet amplius*, id est residuum, *homo* ab humo scilicet terrenus, *de universo labore suo*, id est proprio non Deo et proximo, *quod laborat sub sole* justitiae vel materiali... id est pro terra? quasi dicat, nihil. Et ideo vanitas (est) hujusmodi labor quo congregantur divitiae pereuntes, ambiuntur honores caduci. Unde sic laboranti dicetur illud Lucae 12: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, quae autem congregasti cujus erunt? Job. 17: Dives cum dormierit, nihil secum auferet. 1 Tim. 6: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium nec auferre quid possumus. Boni supra solem laborant, id est pro aeternis quae supra solem sunt, implentes illud Matth. 6: Nolite thesaurizare etc. Nec solum supra solem, sed in sole. Psal. In sole posuit tabernaculum suum. Unde Apocal. 12, dicitur: Mulier amicta sole. Et quod non habeat amplius quam vanitatem ostendit cum subdit. Ideo homo rebus minimum durationis habentibus comparatur in scriptura.

Generatio praeterit, et generatio advenit. Ergo mutatio...

EDITIO VATICANA

Pag. 314, *col.* 1, *lit. d.*

Spiritualiter notandum quid sit iste sol... Sol iste est Christus... Iste sol oritur in nativitate ad illuminandum... occidit in passione ad redimendum... ad locum suum revertitur in ascensione... gyrat per meridiem jam in ferventi sanctorum dilectione... flectitur ad aquilonem in extremo examine: Ab aquilone pandetur omne malum (1) *. Spiritus iste lustrans in circuitu est Spiritus sanctus, qui ideo lustrare dicitur, quia...

CODEX S

Spiritualiter notandum quis sit iste sol... Sol iste est Christus... Iste sol oritur in nativitate ad illuminandum... occidit in passione ad redimendum... ad locum suum revertitur in ascensione... gyrat per meridiem in ferventi sanctorum dilectione . . . flectitur ad aquilonem in extremo examine: Ab aquilone pandetur omne malum. Moraliter: *Oritur sol* in baptismo, *occidit* per peccatum, *et ad locum suum revertitur* per poenitentiam. Per poenitentiam *gyrat*, id est gyrare facit *per meridiem*, id est per bona opera vel supernorum gaudiorum considerationem. *Flectitur ad aquilonem* per adversorum tollerantiam, vel per aeternorum suppliciorum considerationem. *Lustrans universa pergit spiritus*, quia Christus utique illuminans pergere facit de virtute in virtutem; *et in circulos suos revertitur*, id est reverti facit sanctos de se ad se, de se justo ad se misericordem, de se principio ad se finem. Spiritus iste lustrans est Spiritus sanctus, qui ideo lustrare dicitur, quia...

(1) Jerem. 1, 14.

EDITIO VATICANA

CODEX S

Pag. 316, *col.* 1, *lit. e.*

eritur de hoc quod dicit: *Nihil le novum... Jam enim praeces- aeculis quae fuerunt ante nos,* erificari videtur error ille qui ' magnum annum... et omnia in ovari *. Respondeo, dicendum st operatio conditionis...

Quaeritur de hoc quod dicit: *Nihil sub sole novum... Jam enim praecessit in saeculis quae fuerunt ante nos,* et sic vivificari videtur error ille qui ponit post magnum annum . . . omnia renovari, et quod omnes stellae fixae et omnes planetae erunt in initio suorum motuum, et omnes effectus quos habuerunt in principio iterabunt, et per omnia eadem numero redibunt quae praecesserunt, scilicet idem Adam numero, Eva et sic de aliis. Hoc autem a veritate fidei primitus est alienum, nec generatio iterat eumdem numero, sed idem specie vel genere, ideo insensate locuti sunt. Respondeo, dicendum quod est operatio conditionis...

Ibid. lit. f.

omnis forma corrupta et ite- nerata differt numero, non po- elligi de eodem numero. * I- aeritur de hoc quod dicit: *Non orum memoria...*

... si omnis forma corrupta et iterum generata differt numero, non potest intelligi de eodem numero. Quaeritur, voluit Deus res secundum numerum transire et secundum speciem permanere? Respondeo ut ex transitu illo mutabilitas creaturae intelligeretur, et ex illa permanentia secundum quid intelligeretur, aliquid esse permanens simpliciter. Psal. Ipsi peribunt, tu autem permanes. Propter hoc signanter dicitur Sap. 13, quod a magnitudine speciei potest creator intelligi. Propter hoc philosophus esse speciei appellaverat esse divinum propter similitudinem permanendi cum Deo. Item quaeritur de hoc quod dicit: *Non est priorum memoria...*

EDITIO VATICANA

Pag. 321, *col.* 1, *lit. e.*

Rursus detestatus sum. Redarguit supra suam curiositatem circa opera sapientiae, * secundo redarguit suam curiositatem circa opera humanae industriae ad opulentiam ordinatae *. Et hoc quidem facit hoc ordine: Primo suam curiositatem redarguit propter boni successoris seu haeredis incertitudinem. Secundo propter laboriosam sollicitudinem *. Tertio huic praefert praesentem voluptatem *. Quarto ipsam sollicitudinem damnat per judicii divini aequitatem *. Arguit ergo primo se curiosum...

Ibid. lit. f.

Rursus detestatus sum omnem industriam meam... et ratio detestationis infertur *. *Habiturus haeredem post me, quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit.* Ad litteram Salomon habuit Roboam stultum filium, qui secutus consilium juvenum fecit dividi regnum *. *Et dominabitur in laboribus meis quibus desudavi*, quantum ad corpus...

CODEX S

Rursus detestatus sum. Reda
supra suam curiositatem circa o
sapientiae, hic secundo reda
suam curiositatem circa opera h
nae industriae ad opulentiam ord
tae sive artificialia opera mechan
Et hoc quidem facit hoc ordine:
mo suam curiositatem redarguit
pter boni successoris seu haer
incertitudinem. Secundo propter
boriosam sollicitudinem, *quid*
proderit homini. Tertio huic prae
praesentem voluptatem, *nonne me*
est. Quarto ipsam sollicitudinem
mnat per judicii divini aequitate
homini bono. In prima parte re
guit primo suam curiositatem c
labores praeteritos; secundo da
tionem quare redarguenda est, *h*
turus haeredem post me; tertio dic
cessasse a futuro labore, *undecess*
Arguit igitur primo se curiosu

Rursus detestatus sum omnem i
striam meam... et ratio detestati
infertur duplex. Prima est boni
vel sapientiae haeredis incerti
ibi, *habiturus;* secunda inordi
ejus dominatio, *et dominabitur;*
tio ex hoc concludit vanitatem i
bore suo, *et quidquam tam va*
habiturus haeredem post me, q
ignoro, utrum stultus an sapiens
turus sit. Ad litteram Salomon
buit Roboam stultum filium, qui
cutus consilium juvenum, fecit d
regnum, 3. Reg. 16. Unde Glo
Hoc ipsi Salomoni accidit, qui no
similem habuit filium Roboam.
quo intelligimus nec filium patris
reditate dignum, si stultus sit. E
minabitur in laboribus meis qu
desudavi, quantum ad corpus...

EDITIO VATICANA

CODEX S

Pag. 341, *col.* 2, *lit. d.*

ɜ igitur securitatis ex malorum
one hoc ordine describitur.
insinuatur malorum sublimi-
cundo * vero quomodo ex hoc
mpiis securitatis vanitas; ter-
omodo ex hoc elicitur bono-
ilitas. Primo igitur insinuatur
n sublimitas... *Interdum domi-
omo homini in malum suum* *,
t quando malus praeest, unde:
episcopatum desiderat, bonum
siderat; sed malus in malum

Ortus igitur securitatis ex malorum exaltatione hoc ordine describitur. Primo insinuatur malorum sublimitas; secundo ex hoc infertur securitatis vanitas; tertio vero quomodo ex hoc elicitur bonorum utilitas. Primo igitur insinuatur malorum sublimitas... *Interdum dominatur homo homini in malum suum.* Interlinearis: Quia sanguis subditorum de manu ejus requiretur, videlicet, quando malus praeest. Quando vero bonus praeest, dominatur in bonum suum. Unde 1 Tim. 3: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; sed malus in malum suum...

Pag. 352, *col.* 1, *lit. b.*

m tuum, non alienum *. Qui
acrificium ex substantia pau-
uasi qui victimat filium in a-
)atris...

Panem tuum, non alienum. *Panem*, id est omne quod pertinet ad victum, nam verbo victus plura continentur. Eccli. 29: Initium vitae hominis aqua et panis, domus, vestimentum. Tob. 4: Fili de tua substantia fac eleemosynam. Eccli. 24: Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in aspectu patris...

Pag. 357, *col.* 2, *lit. d.*

est omnis homo, id est totus
ctus homo... Et nunc Israel
minus requirit a te... custo-
mandata Domini Dei tui? *
) est quare Deus timendus

Hoc est omnis homo, id est totus et perfectus homo... Et nunc Israel quid Dominus requirit a te... custodiasque mandata Domini Dei tui? Vel, *hoc est omnis homo*, id est ad hoc est factus omnis homo; vel *hoc*, id est per hoc. Et ratio est, quare Deus timendus sit...

COMMENTARIORUM S. BONAVENTURAE IN PRIMUM, SECUNDUM, TER ET QUARTUM SENTENTIARUM LACUNAE, MENDA ET VARIANTES JUXTA CODICES PLURES CUM EDITIONE VATICANA CONLATOS

Ex Commentario in I Sententiarum.

EDITIO VATICANA	CODEX C
Dist. 3, *part.* 1, *art.* 1, *q.* 1. *An Deus sit cognoscibilis a creatura.* (*In fundam.*)	
... Omnis cognitio spiritualis fit ratione lucis * increatae ut dicit Augustinus in Soliloquiis (1): sed lux est maxime cognoscibilis * ipsi animae: ergo etc.	Omnis cognitio spiritualis f tione lucis *et ratione lucis* (1) ir tae, ut dicit Augustinus in Solilo sed lux est maxime cognoscibili *Deus est summa lux : ergo ma est cognoscibilis* ipsi animae: etc.
Dist. 4, *art.* 1, *q.* 1. *An Deus genuerit Deum.* (*Ad oppos.*)	
Contradictorie opposita sunt vera de quolibet sub distinctione, quia de quolibet vera est affirmatio: ergo si Deus genuit Deum, aut Deum qui est Pater, aut Deum qui non est Pater; * sed quod implicatur contingit simpliciter inferri...	Contradictorie opposita sunt de quolibet sub distinctione, qui quolibet vera est affirmatio: er Deus genuit Deum, aut Deum q Pater, aut Deum qui non est P *Si Deum qui est Pater , ergo ge est generans. Si Deum qui no Pater* (2): sed quod implicatur tingit simpliciter inferri...
(1) Libr. 1, c. 8.	(1) Alii codices duo, quos D et E mus, omittunt *et ratione lucis.* (2) Hanc exhibent lectionem etiam c D et E.

EDITIO VATICANA

Dist. 6, *art.* 1, *q.* 3.
An generatio Filii sit secundum rationem exemplaritatis.
(*In fundam.*)

Quod est in alio secundum veritatem, non est in illo secundum exemplar: sed Filius est in Patre secundum veritatem: ergo non * procedit secundum rationem exemplaritatis: ergo etc.

Dist. 8, *art.* 1, *part.* 1, *q.* 1.
An veritas sit proprietas divini esse.
(*In parte affirm.*)

Augustinus in Soliloquiis (1) et de vera religione (2) dicit, quod lux increata est ratio cognoscendi *, et sola lux increata est veritas: ergo...

Dist. 10, *art.* 2, *q.* 1.
An amor vel caritas sit proprium Spiritus Sancti.
(*Ad oppos.*)

Omne illud quod dicitur proprie, importat aliquam relationem: ergo si amor proprie dicitur, importat relationem. * Si ad amantem: ergo...

(1) Lib. 1, c. 8.
(2) Cap. 34.

CODEX C

Quod est in alio secundum veritatem, non est in illo secundum exemplar: sed Filius est in Patre secundum veritatem: ergo non *secundum exemplar: sed quod non est in alio secundum exemplar, non* procedit secundum rationem *exemplaris* (1): ergo etc.

Augustinus in Soliloquiis et de vera religione dicit, quod lux increata est ratio cognoscendi (2): *ergo si veritas est ratio cognoscendi*, et sola lux increata est veritas: ergo...

Omne illud quod dicitur proprie, importat aliquam relationem: ergo si amor proprie dicitur, importat *ergo* relationem. *Quaero ad quid? Aut ad amantem, aut ad amatum.* Si ad amantem: ergo... (3).

(1) Codex E: " non procedit secundum rationem *exemplaritatis.* „
(2) Codices D et E: " lux increata est ratio cognoscendi *se et omnia cognoscibilia:* ergo si veritas est ratio „ etc.
(3) In hac lectione concordant etiam codices D et E.

EDITIO VATICANA

Dist. 15, *part.* 1, *art.* 1, *q.* 4.
An missio sit totius Trinitatis ut mittentis.
(*In fundam.*)

Magister facit tale argumentum. Si Pater potest dare vel mittere Spiritum sanctum * et hoc non facit Spiritus sanctus, aliquid facit Pater...

Dist. 20, *art.* 2, *q.* 2.
An in divinis sit ordo naturae.
(*Ad oppos.*)

... Quod autem in divinis non sit prius et posterius, ostenditur sic: Relativa sunt simul natura; ergo Pater et Filius secundum quod Pater et Filius simul sunt natura; * et quia relationes in divinis non sunt advenientes...

Dist. 25, *art.* 1, *q.* 1.
An nomen Persona secundum substantiam, vel secundum relationem in divinis dicatur.
(*Ad oppos.*)

... Ex verbis Augustini (1)... cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus, quam substantiam Patris *: ergo persona dicitur secundum substantiam.

(1) Lib. 7 de Trinit. c. 5.

CODEX C

Magister facit tale argumentum. Si Pater potest dare vel mittere Spiritum sanctum, *et Spiritus sanctus non potest; ergo aliquid potest Pater quod non potest Spiritus sanctus. Item si Pater dat et mittit Spiritum sanctum,* et hoc non facit Spiritus sanctus, aliquid facit Pater... (1).

... Quod autem in divinis non sit prius et posterius, ostenditur sic: Relativa sunt simul natura: ergo Pater et Filius secundum quod Pater et Filius simul sunt natura; *sed Pater secundum id quod est, et secundum quod est Pater simul est natura,* quia relationes in divinis non sunt advenientes... (2).

... ex verbis Augustini... cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus quam substantiam Patris: *ergo persona nihil aliud dicit quam substantiam:* ergo persona dicitur secundum substantiam (3).

(1-2-3) Hisce in locis conveniunt etiam codices D et E.

EDITIO VATICANA

Dist. 27, *part.* 2, *art.* 1, *q.* 2.
An nomine Verbi importetur respectus ad creaturas.
(*In fundam.*)

... ergo videtur quod Verbum connotet aliquid creatum. Si tu dicas hoc esse dictum de *dicere* prout accipitur * temporaliter, et respondet ei verbum creatum, contra: Augustinus...

Dist. 32, *art.* 1, *q.* 1.
An Pater et Filius diligant se Spiritu Sancto.
(*In fundam.*)

Sicut se habet verbum ad *dicere*, sic amor ad *diligere;* sed Pater verbo suo quod ab ipso procedit * seipsum dicit: ergo Pater et Filius amore qui ab ipsis procedit...

Dist. 37, *part.* 1, *art.* 3, *q.* 2.
Quibus modis Deus in rebus esse dicatur.
(*Ad oppos.*)

Unum modum accipit (1) ab Augustino de praesentia Dei ad Dardanum (2), qui dicit quod aliter est Deus in omnibus creaturis, aliter in sanctis, aliter in Christo * per unionem. Alium modum accipit...

(1) Magister Sententiarum.
(2) Epist. 57.

CODEX C

... ergo videtur quod Verbum connotet aliquid creatum. Si tu dicas hoc esse dictum (1) de *dicere* prout accipitur *aeternaliter, et respondet ei verbum aeternum, sed prout accipitur* temporaliter respondet ei verbum creatum, contra: Augustinus...

Sicut se habet verbum ad *dicere*, sic amor ad diligere; sed Pater Verbo suo quod ab ipso procedit *dicit se et omnia, quia Pater verbo suo quod ab ipso procedit ipsum* (2) *declarat*: ergo Pater et Filius amore qui ab ipsis procedit...

Unum modum accipit ab Augustino de praesentia Dei ad Dardanum, qui dicit quod aliter est Deus in omnibus creaturis, aliter in sanctis (3), aliter in Christo. *In creaturis singulis per naturam, in sanctis per inhabitantem gratiam, in Christo* per unionem. Alium modum accipit...

(1) Codex E: " Si tu dicas hoc esse *differentia* de *dicere*. "
(2) Codices D et E: " *seipsum* declarat. "
(3) Codex E: " aliter in *omnibus* sanctis, aliter in Christo. "

EDITIO VATICANA

Dist. 48, *art.* 2, *q.* 2.

An quoad volitum, voluntatem nostram voluntati divinae teneamur conformare.

(*Ad oppos.*)

Tenemur velle quod Deus praecepit: aut ergo quia praecepit, aut quia vult. Non quia praecepit, quia illi qui fuerunt mundati, quibus datum est praeceptum a Domino de tacendo, non peccaverunt in revelando, quia divina inspiratione cognoverunt Dominum Deum non velle illud quod praecipiebat; * ergo tenemur velle quod Deus vult.

CODEX C

Tenemur velle quod Deus praecepit, aut ergo quia praecepit, aut quia vult. Non quia praecepit, quia illi qui fuerunt mundati, quibus datum est praeceptum a Domino de tacendo, non peccaverunt in revelando, quia divina inspiratione cognoverunt Dominum Deum non velle illud quod praecipiebat; *ergo tenemur ad praeceptum, quia tenemur ad voluntatem:* ergo tenemur velle quod Deus vult (1).

(1) Codex E: " Ergo tenemur ad praeceptum, quia *Deus vult:* ergo tenemur velle quod Deus vult. " Codex D convenit cum cod. C.

Ex Commentario in II Sententiarum.

EDITIO VATICANA

Dist. 1, *part.* 1, *art.* 2, *q.* 1.
An res productae sint in esse a pluribus principiis.
(*In conclus.*)

Caput autem et principium erroris omnis damnat philosophia, quod duo sint rerum principia * prima: tum quia ordo universi destruitur hoc posito: tum quia divina potentia limitatur ex hoc ut non possit corporalia producere: tum etiam quia...

CODEX F

Caput autem et principium erroris damnat omnis philosophia, quod scilicet duo sint rerum principia, cum omnia sint ordinatissima ut patet, quia motus inferiorum est a motu superiorum, et motus superiorum a motu intelligentiarum, et unus sine altero esse non possit. Hic ordo ex propriis naturis esse non potest propter diversitatem et oppositionem earum, quae magis facerent distinctionem quam unionem, ut a diversis principiis et contrariis ordinantibus, quia non intenderent unum ordinem ex seipsis sive finem; ergo oportet quod reducantur ad unum principium ordinans omnia ad unum finem, aut quod hic ordo sit per accidens; sed per accidens esse non potest cum non possit abesse, sed habeat semper esse; ergo etc. Item in quolibet genere multitudo reducitur ad unum illius generis; ergo cum omnia in esse conveniant, oportet esse unum ens principium omnium a quo dependeant, tum quia ordo universi destruitur hoc posito, tum etiam quia divina potentia limitatur ex hoc quod non possit corporalia producere: tum etiam quia...

EDITIO VATICANA	CODEX F
Dist. 3, *part.* 1, *art.* 1, *q.* 1. *An angeli sint compositi ex materia et forma.* (*Ad oppos.*)	
Universum est perfectissimum secundum ordinem naturarum, ita quod perfectius non potest cogitari rationabiliter * aliqua substantia spiritualis...	Universum est perfectissimum secundum ordinem naturarum, ita quod perfectius non potest cogitari rationabiliter ; *sed cogitari potest rationabiliter* (1) aliqua substantia spiritualis...
Dist. 3, *part.* 2, *art.* 1, *q.* 1. *An Deus malum condiderit angelum.* (*Ad oppos.*)	
Sicut natura rationalis est mala quae non habet justitiam ad quam est nata, ita creatura irrationalis *. Unde canis...	Sicut natura rationalis est mala, quae non habet justitiam ad quam est nata, ita creatura irrationalis *si non habet, ad quod est nata.* Unde canis...
Dist. 4, *art.* 2, *q.* 2. *Utrum mali angeli potuerint praescire suum casum.* (*In fundam.*)	
Si praesciverunt (1), * aut ergo vitare voluerunt et non potuerunt, et ita miseri fuerunt; aut vitare potuerunt, * et ita fuerunt stulti et maligni. Si ergo...	Si praesciverunt, aut *ergo vitare potuerunt et voluerunt, et ita non ceciderunt*, aut vitare voluerunt, et non potuerunt, et ita miseri fuerunt; aut vitare potuerunt, et *noluerunt*, et ita fuerunt stulti et maligni. Si ergo... (2).

(1) Idest angeli mali.

(1-2) Eadem habet etiam codex G.

EDITIO VATICANA

Dist. 9, *art. unic. q.* 9.
An aliis substantiis quam angelis competat per ordines distingui.
(*In conclus.*)

Ex his manifesta sunt quae tanguntur in littera. *

Dist. 25, *part.* 2, *art.* 1, *q.* 3.
An liberum arbitrium secundum quod liberum possit in malum.
(*In fundam.*).

Unaquaeque potentia est completior cum conjuncta est suo objecto mediante actu, quam cum non est conjuncta; ergo si malum esset objectum liberi arbitrii secundum quod liberum * ergo insufficienter diffiniretur ab Anselmo cum dicitur, potestas servandi rectitudinem.

CODEX F

Ex his manifesta sunt quae tanguntur in littera. Hoc solum sufficiat ad praesens exponere de nomine Seraphim. Aliquando enim in Scriptura legitur Seraphim per *N*, et tunc est pluralis numeri et neutri generis, et (1) significat coetum angelorum illius ordinis. Aliquando (2) scribitur per *M*, et tunc est pluralis numeri et masculini generis, et significat angelos in illo ordine contentos. Aliquando legitur Seraph, et tunc est singularis numeri et masculini generis, et significat angelum illius ordinis.

Unaquaeque potentia est completior cum conjuncta est suo objecto mediante actu, quam cum non est conjuncta: ergo si malum esset objectum liberi arbitrii secundum quod liberum, *liberum arbitrium esset completius cum exiret in malum; sed hoc est falsum manifestum* (3); *ergo etc. Item si malum esset objectum liberi arbitrii secundum quod liberum*, ergo insufficienter diffiniretur ab Anselmo cum dicitur, potestas servandi rectitudinem.

(1) Cod. H: " et significat *totum* coetum angelorum. Aliquando *vero* scribitur per *M*, tunc est „ etc.

(2) Codex G: " Aliquando *vero* scribitur per *M*, tunc est pluralis numeri „ etc.

(3) In codice G: " sed hoc est falsum *et impium;* ergo etc. „

EDITIO VATICANA

Dist. 30, *art.* 1, *q.* 1.
An corruptio humanae naturae insit a sui conditione, vel ex peccati merito.
(*In objectorum solutione.*)

Ad illud ergo quod primo objicitur, quod Deus fecit passibilem ovem quae tamen non peccavit, dicendum quod non est simile de homine et de ove: homo enim qui rationis particeps est, capax est beatitudinis et justitiae, et per oppositum culpae et miseriae. Unde sicut in homine obliquari culpa est, sic et pati poena est; in ove autem neutrum contingit reperiri, ideo passibilitas ovis nihil facit ad ordinem nec contra ordinem divinae justitiae, cujus est considerare meritorum exigentiam, non sic autem est de passione in humana natura *. Ad illud quod objicitur...

CODEX F

Ad illud ergo quod primo objicitur, quod Deus fecit passibilem ovem quae tamen non peccavit, dicendum quod non est simile de homine et de ove; homo enim qui rationis particeps est, capax est beatitudinis et justitiae, et per oppositum culpae et miseriae. Unde sicut in homine obliquari culpa est, sic et pati poena est; in ove autem neutrum contingit reperiri, ideo passibilitas ovis nihil facit ad ordinem nec contra ordinem divinae justitiae, cujus est considerare meritorum exigentiam, non sic autem est de passione in humana natura. Vel dicendum quod poena non dicitur inesse alicui, nisi quod natus est cognoscere justum et injustum, bonum et malum, poenam et gloriam: sed ovis non est hujusmodi: ideo patet. Vel sicut in sequenti auctoritate dicitur, ovis non habet formam incorruptibilem sicut homo, sed potius corruptibilem, ideo debet esse corruptibilis ut proportio salvetur. In homine autem aliter; quia incorruptibilis est forma, incorruptibile debet esse formatum. Ad illud quod objicitur...

EDITIO VATICANA

Dist. 36, *art.* 3, *q.* 2.
An omnis poena sit a Deo.
(*In fundam.*)

Amissio sive expoliatio gratuitorum est quaedam poena; sed haec non est a Deo, imo potius a diabolo secundum quod dicitur de homine descendente a Hierusalem in Jericho, qui a latronibus fuit vulneratus et spoliatus; ergo non omnis poena est a Deo. * Quod autem imaginis deformatio non sit a Deo apparet, quoniam...

CODEX F

Amissio sive expoliatio gratuitorum est quaedam poena; sed haec non est a Deo, imo potius a diabolo, secundum quod dicitur de homine descendente a Jerusalem in Jericho, qui a latronibus fuit vulneratus et spoliatus; ergo non omnis poena est a Deo. Quod autem expoliatio gratuitorum non sit a Deo, apparet per hoc quod dicit Anselmus, quod homo non habet gratiam, non quia Deus non dat, sed quia ipse non recepit. Item imaginis deformatio est quaedam poena; sed Deus imaginem suam nullo modo deformat, imo indignatur cum deformata est; ergo non omnis poena est a Deo. Quod autem imaginis deformatio non sit a Deo apparet, quoniam...

Ex Commentario in III Sententiarum.

EDITIO VATICANA

Dist. 1, *art.* 1, *q.* 1.
An possibilis fuerit naturam divinam uniri humanae.
(*Ad oppos.*)

Uniri est pati, sicut unire est agere, * et quod impossibile est uniri. Sed divinam naturam impossibile est eam pati; ergo impossibile est cum alia natura uniri.

CODEX I

Uniri est pati, sicut unire est agere; *ergo quod impossibile est pati*, impossibile est uniri; sed divinam naturam impossibile est pati; ergo impossibile est cum alia natura uniri.

EDITIO VATICANA	CODEX I
Dist. 23, *art.* 1, *q.* 1. *An fides sit virtus.* (*Ad oppos.*)	
Vituperabile est omni habenti usum rationis velle aliquid sine ratione; * sed fides qua credimus in Deum non requirit rationem; ergo...	Vituperabile est ***homini*** habenti usum rationis velle aliquid sine ratione; ***ergo pari ratione vituperabile erit credere sine ratione;*** sed fides qua credimus in Deum non requirit rationem; ergo...
Ibid. q. 3. *An fides sit una virtus.* (*Ad oppos.*)	
Sicut voluntas se habet ad volita et scientia ad scibilia, sic se habet fides ad credibilia; sed * scientiae diversificantur et numerantur secundum diversitatem scibilium: videtur ergo...	Sicut voluntas se habet ad volita et scientia ad scibilia, sic se habet fides ad credibilia; ***sed voluntates diversificantur et numerantur secundum diversitatem volitorum; similiter et scientiae*** secundum diversitatem scibilium; videtur ergo...

Ex Commentario in IV Sententiarum.

EDITIO VATICANA	CODEX L
Dist. 15, *part.* 2. (*In resol. dubii IV.*)	
... est et duplex misericordia; est enim misericordia respectu incommodi et mali * quod est animae, et quod est corporis...	... est et duplex misericordia. Est enim misericordia respectu incommodi et mali; ***respectu mali quod est contra animam; et est misericordia respectu incommodi*** quod est cor-

EDITIO VATICANA	CODEX L
Dist. 16, *part.* 1, *art.* 3, *q.* 1. *An contritio sit motus successivus vel instantaneus.* (*In objectorum solutione.*)	
... est habere contrariam dispositionem in materia nullo tamen modo resistentem, et haec... Et est habere ut resistentem * non informationi sed usui, et sic...	... est habere contrariam dispositionem in materia nullo tamen modo resistentem, et haec... Et est habere ut resistentem *informationi*, *et tunc est hic successio in inductione*, *ut cum ex calido fit frigidum. Est habere ut resistentem* non informationi sed usui, et sic...
Dist. 23, *art.* 1, *q.* 4. *An forma verbi sit de essentia sacramenti* (1). (*Ad oppos.*)	
Omnes sacramentorum formae traditae sunt per orationem * deprecativam : ergo non videtur convenienter assignata...	Omnes sacramentorum formae traditae sunt per orationem *indicativam*, *sed forma hujus sacramenti est per orationem* deprecativam: ergo non videtur, convenienter assignata.....
Dist. 25. (*In resol. dubii VI.*)	
Et (2) potest fieri tripliciter ... quia aut ordinatus dat et ille recipit, et tunc simoniace ordinatur a simoniaco ; * aut quia nec iste dat, nec ille recipit, sed ille alias fuit simoniacus, et tunc ordinatur non simoniace a simoniaco...	Et potest fieri tripliciter... quia aut ordinatus dat et ille recipit, et tunc simoniace ordinatur a simoniaco ; *aut ille dat sed ille non recipit, et tunc simoniace a non simoniaco ;* aut quia nec iste dat nec ille recipit, sed ille alias fuit simoniacus, et tunc ordinatur non simoniace a simoniaco...
Dist. 33, *art.* 2, *q.* 3. *An virginitatis praemium sit aureola.* (*In conclus.*)	
Quia vero incorruptio attenditur quantum ad fidem * contra voluptatem ; et quantum ad constantiam...	Quia vero incorruptio attenditur quantum ad fidem *contra fermentum erroris et falsitatis*, *quantum ad carnem* contra voluptatem, et quantum ad constantiam...

(1) Idest, Extremae unctionis.
(2) Idest, simonia in pretio.

EDITIO VATICANA	CODEX L
Dist. 40, *art.* 1.	
Unde (1) dicitur ordinata collectio, quoniam sicut ordo est in linea praedicamentali secundum superius et inferius *: ordo vero tripliciter potest accipi, vel ad illud . . . ideo tres lineae...	Unde (2) dicitur ordinata collect quoniam sicut ordo est in linea prs dicamentali secundum superius et i ferius , *sic in linea consanguinita secundum prius et posterius. Et qu niam* ordo tripliciter potest acci vel ad illud... ideo tres lineae...
Dist. 42, *art.* 2, *q.* 1. *An cognatio legalis sit aliquod vinculum.* (*Ad oppos.*)	
In nobis non sunt nisi duo, scilicet anima et corpus ; sed ex parte animae cognatio spiritualis, ex parte corporis cognatio carnalis * contrahitur. Item cognatio...	In nobis non sunt nisi duo, scil cet anima et corpus ; sed ex par animae cognatio spiritualis, ex par corporis cognatio carnalis ; *ergo a legalis non differt ab istis, aut s perfluit.* Item cognatio...
Dist. 48, *art.* 2, *q.* 1. *An corpora coelestia post judicium remunerabuntur.* (*Ad oppos.*)	
Ratione videtur , quia nihil praemiatur * nisi quod voluntarie servit, et nihil voluntarie servit...	Ratione videtur, quia nihil *pra miabitur nisi quod meretur, nihil m retur* nisi quod voluntarie servit, nihil voluntarie servit...

(1-2) Hic loci ad sensum percipiendum adde: *linea consanguinitatis.*

CAPUT X.

Quaestio S. Bonaventurae proposita a S. Ludovico Francorum rege. Schema sermonis Parisiis habiti, de viginti octo mirabilibus quae in Ss. Sacramento Eucharistiae continentur.

Duo haec, manuscripti codices duo mihi bibliothecas perlustranti obtulerunt, atque, ut alia multa quae ego inveni, manuscriptorum catalogis minime indicantibus.

Quaestionem quam S. Ludovicus Francorum rex, S. Bonaventurae solvendam proposuit, Italico debeo optimae notae manuscripto codici, in quo alia de eodem S. Ludovico, de S. Francisco et de aliis, ab ipsomet S. Bonaventura narrata, occurrunt.

Alter codex, Belgicus, saeculi xv, opera multa S. Bonaventurae complectitur, inter quae, purum putumque schema tradit cujusdam sermonis *a beato Bonaventura Parisius habiti de viginti octo mirabilibus, quae in Sacramento altaris continentur.* Vehementer cupiebam et cupio, hunc sermonem, cujus codex Belgicus nonnisi schema dat, fusiorem et integrum in aliis mss. antiquioribus, atque eidem Bonaventurae praenotatum, invenire. Sed hactenus meae omnes perquisitiones hac in parte vacuae fuerunt successu desiderato. Utinam alio cuipiam melior sors obtingeret in eo inquirendo. Si quis illum invenerit atque ediderit, quam maxime gaudebo. Si vero inventum sermonem, sive jam editum sive anedoctum, ac vel aliis tributum auctoribus, mihi quis indicaverit, plurimas ei gratias agam et habebo. His praenotatis duo illa, eodem quo recensuimus ordine, damus, numeris distincta duobus.

I.

QUAESTIO S. BONAVENTURAE PROPOSITA A S. LUDOVICO FRANCORUM REGE.

« Refert frater Bonaventura generalis minister, dominum Ludovicum Francorum regem, quaesiisse ab eo de illa quaestione, utrum videlicet homo possit praeeligere omnino non esse, quam semper in tormentis esse, ut puta in inferno; vel utrum quis deberet praeeligere illud, etc. Cui cum respondissem dicens: Domine, quaestio ista duo includit, scilicet perpetuam Dei offensam, neque enim aliter Deus justus judex perpetuam infligeret poenam; et interminabilem ipsius poenae sufferentiam, et nullus debet eligere in perpetua Dei offensa remanere. Et ideo praeeligendum est non esse, quam esse hostem Dei perpetuum. Addidit ipse piissimus Dei cultor et christianissimus rex: Ego teneo me cum sententia fratris Bonaventurae, et assero vobis, ait circumstantibus, quod ego mallem et praeligerem omnino non esse et in nihilum redigi, quam in aeternum vivere in hoc mundo et semper regnare, sicut regno, cum perpetua offensa Creatoris mei. O virum mirabilem inter mundi Principes, orthodoxae fidei singulare lumen, qui nec mori timuit, immo in nihilum redigi, quod natura horret, minime recusavit, ubi absque Dei offensa, haberi vita non possit; qui naturale esse maluit perdere, quam in regni deliciis regumque gloria cum Dei offensa perpetuo regnare. »

II.

« EX SERMONE BEATI BONAVENTURAE HABITO PARISIUS, DE VIGINTI OCTO MIRABILIBUS IN SACRAMENTO ALTARIS CONTENTIS.

« *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Vere memoriam mirabilium suorum in esca hujus sacramenti Dominus fecit, in quo viginti octo

mirabilia notari possunt. Septem quidem in transubstantiatione sive panis conversione, septem in accidentium remansione, septem in corporis integritate et septem in cibi veritate.

« Primo igitur in transubstantiatione sunt septem mirabilia. Licet enim panis transubstantietur in Christi corpus, tamen ibi nihil generatur, nihil corrumpitur, nihil alteratur, nihil augetur, nihil minuitur, nihil localiter mutatur, nihil annihilatur.

« In accidentium autem remansione similiter septem videntur mirabilia. Licet enim accidentium *esse* sit in subjecto esse, tamen hic, post transubstantiationem, accidentia sine subjecto subsistunt, sine subjecto agunt, sine subjecto sensum mutant, sine subjecto alimentum praestant, sine subjecto franguntur, sine subjecto alterantur, sine subjecto localiter moventur.

« In corporis vero integritate similiter sunt septem mirabilia. Licet enim in hoc Sacramento sit totum corpus Christi integrum, tantum, quantum coelos ascendit, et ad dexteram Dei patris sedet, et in fine saeculi ad judicium est venturum, tamen sub tam parvi sacramenti specie et qualibet ejus parte totaliter continetur, nec circumscribitur, nec ipsi speciei configuratur, nec contiguatur, nec commensuratur, nec consituatur, nec condividitur.

« In cibi autem veritate similiter septem notantur mirabilia. Licet enim in ipso sacramento, Christo teste, corpus suum vere cibus sit, tamen non percipitur corporali tactu, nec visu, nec auditu, nec olfactu, nec gustu, nec cibi more a corpore cibato patitur, nec in corporis cibati naturam convertitur.

« Ecce viginti octo mirabilia in hoc sacramento concurrentia. Vere ergo memoriam fecit mirabilium suorum Dominus cum escam hanc dedit timentibus se. »

« Haec viginti octo mirabilia Bonaventura primo Generalis Minister ordinis Minorum postmodum cardinalis episcopus Albanensis, vir magnae auctoritatis, scientiae et devotionis, in publico sermone, Parisius, praedicavit in hunc modum: **Memoriam fecit, etc.** »

CAPUT XI.

S. Bonaventurae anecdotae quaestiones disputatae, ex quibus ea datur, non integra, quae de modo et rationibus cognoscendi agit.

Antiqui nomenclatores, operumque S. Bonaventurae censores ad unum silent omnes, Doctorem nostrum, praeter commentaria in libros Sententiarum, quae nonnumquam apud codices manuscriptos quaestiones in libros Sententiarum audiunt; ac praeter quaestiones *de paupertate Christi*, et eas quae circa Regulam fratrum Minorum scripsit, alias ab his differentes edidisse, praesertim de re theologica et philosophica. Nemo propterea suspicatus est, quaestiones disputatas et *quodlibeta* S. Bonaventurae adhuc latere in mss. codicibus, et cum tineis pugnare, atque ideo quaesivit eas nemo. Et si quando codex aliquis suo titulo eas continere innuebat, id facile praetermissum fuit, atque existimatum non differre a quaestionibus in libros Sententiarum saepissime in tabulariis occurrentes.

Verum alias ab his atque a ceteris supra recensitis, quas vocant disputatas et *quodlibeta*, Doctorem nostrum primi subsellii theologum et philosophum suo aevo celeberrimum, cum moris erat hujus generis quaestionibus multum tribui, multumque tribuisse sciamus fere omnes illius aetatis celebriores viros, vel ipso Bonaventurae ingenio longe inferiores; et ipsum propterea multas, ne dicam plurimas, et scripsisse et habuisse, nedum suspicandum erat, sed et pro certo habendum, praesertim cum ipsemet Bonaventura auctor fuerit, quod in Ordine Minori-

tico, cui praeerat, mos introduceretur habendi in comitiis generalibus publicas disputationes (1).

Quapropter ego quaesivi, et quotquot mihi occurrerunt in bibliothecis manuscriptae quaestiones disputatae et *quodlibeta*, praesertim anonyma, diligenter evolvi: atque ita quaerens, pretiosam certe pro me margaritam inveni in quodam codice saeculi XIII, quem pro anonymo catalogus habet, partem scilicet quaestionum disputatarum, a prima manu *fratri Bonaventurae* inscriptarum, quae eatenus doctrinam et stilum Doctoris nostri uti ovum ovo similem referunt, ut vel si anonymae essent, ei tuto adscribi possent. Dein vero ex his et cum his concordantes, duodeviginti reperi anonymas in alio manuscripto codice, saeculi pariter decimitertii, ac tandem in tertio codice ejusdem aevi tres inveni, tribus, quas duo priores codices exhibent, correspondentes. Neque hanc parvam ego dixerim bonam fortunam, easdem scilicet quaestiones in aliis mss. codicibus invenisse: quandoquidem absque his, nec variantes lectiones praebere, nec omnia librarii menda recte, seu ad mentem scriptoris corrigere, vel certe id non eadem, qua aliis utens mss. exemplis, auctoritate praestare possem. Sunt autem inventae quaestiones, haud ita breves ac illae quae habentur in libros Sententiarum ab eodem Bonaventura scriptae, sed fusae plurimum; in quibus permulta argumenta sive pro sive contra propositam quaestionem afferens Seraphicus Doctor, longa dein resolutione eam terminat, ac de more ad objecta omnia respondet. In impressis S. Bonaventurae operibus unicum specimen quaestionum disputatarum, quas ipse habuit, in opusculo occurrit quod *de paupertate Christi* inscribitur, quodque nos, opusculi titulo praetermisso, vel manuscriptorum ad id faciendum auctoritate compulsi, *quaestiones de paupertate Christi etc.* in nova editione inscribemus.

(1) In Supplem. ad Scriptor. Ord. Min. col. 170, et in Prodromo ad Opera S. Bonaventurae, t. 39.

Aliud illarum exemplum offero in subjecta ex anecdotis ex cerpta quaestione. Anceps eram quam ex illis tribuerem, a saepe cogitavi, utrum a philosophis christianis, qui in omnibu sanctae Romanae Ecclesiae subjecti sunt, ejusque doctrinae enu cleandae ac tuendae operam navant, penitus ignorari expedire eam ex anecdotis S. Bonaventurae quaestionibus quae de ratio nibus cognoscendi agit, usque dum una cum aliis praelo com mitteretur; idque ob hanc tantummodo causam, quod nunc, ad huc occupati cum simus in perlustrandis bibliothecis, haud va cat ea omnia colligere ex operibus sive editis sive ineditis S Bonaventurae testimonia, et commentariolum addere, quibu quaestio illa ita illustranda foret, ut mens Seraphici Doctoris e de re pateret omnibus, ac nemo in posterum ad extremas ejus dem quaestionis sententias eum trahere vellet. Verum anim mecum reputans, Doctorem nostrum nullibi in aliis operibu singularem instituisse quaestionem de rationibus cognoscendi et ea propter, quae alibi hac de re habentur, plus illustrari al anecdota quaestione, quam eam illustrent, dum cujusque men auctoris percipienda potius sit ex iis quae data opera de aliqu re tradiderit quam ex illis quae obiter pertractavit, quaequ aliis interserta faciem saepe mutant quaestionis; ideo, elapsi jam tribus annis ex quo praedictam reperi quaestionem, ejus tandem majorem partem publici juris faciendam esse duco, ut pote quam perutilem censeo Ontologis pariter ac Psycologis, ad mentem ea de re S. Bonaventurae cognoscendam. Liceat ver mihi quaedam animadvertenda proponere, quae prae oculis ha beant velim legentes subjectam quaestionem de rationibus qui bus homo certam obtinet cognitionem, ne, dum aliqui conque runtur, Doctorem nostrum suis non satis favisse placitis, ali eum patronum adsciscant doctrinae a veritate catholica abhor rentis. Animadverto itaque:

1. S. Bonaventuram, se testante, doctrinam communem e solidam, quae suo tempore Parisiis maxime vigebat, secutum fuis

se (1): unde nefas esset suspicari eum, in doctrina tanti momenti, uti ea est quae rationes cognoscendi et certitudinem cognitionis respicit, *sententiis et communibus magistrorum opinionibus* non *adhaesisse* (2).

2. Eam per aetatem qua vixit et docuit Seraphicus Doctor, plus valde tributum fuisse doctrinae theologicae et christianae philosophiae explicandae, quam posterioribus hisce temporibus: atque ideo profundiores in illa quam in nostra aetate fuisse theologos atque philosophos. S. Bonaventuram vero, aeque ac S. Thoma, accuratissimum et profundissimum fuisse in quaestionibus expendendis, et ad normam catholicae veritatis et SS. Patrum doctrinae resolvendis. Quamobrem illum doctrinae universalis Ecclesiae in suis scriptis adversari, nisi de re agatur, circa quam fere omnes suae aetatis doctores erraverint, vel suspicari summa esset injuria, quam inferre non possunt, nisi qui doctrinam profundam et profundissimum doctorem nostrum haud orthodoxe intelligunt.

3. Tam addictum fuisse S. Bonaventuram S. Augustini scriptis et doctrinae, quem ipsemet veluti maximum inter omnes Ecclesiae doctores veneratur (3), ut perinde ac ejus discipulus agnoscendus sit; atque ejusmodi ingenii, eruditionis et fidelitatis discipulus, ut longe melius quam alii permulti, qui eo titulo gaudere non possunt, magistri sui Augustini mentem ipse perspexerit atque retulerit.

4. Quemadmodum homines et sacris Literis abusi sunt ad immanes errores defendendos, ita haud mirum est, quod sana et catholica doctrina, quam tradit Seraphicus Doctor, male quidam usi et usuri sint.

His praenotatis, capita quaedam, non omnia, doctrinae S. Bonaventurae in sequenti quaestione contenta, ita perstringere

(1) Confer Gersonis epist. ad quendam fr. Minorem Lugdunum missam.

(2) In initio Prologi anecdoti S. Bonaventurae in II Sentent. Vide pag. 198, 199, n. IV.

(3) Vide infra pag. 242.

posse mihi videor, alibi emendare paratus, si quae minus recte, aut non vere ad mentem Seraphici Doctoris, e calamo festinantis exciderint.

Dico igitur, intuitionem Dei in statu viae, aperte rejici a Seraphico Doctore; non autem admitti generalem Dei influentiam in creaturas universas ad certam veritatis cognitionem obtinendam sufficere, sed requiri ex parte Dei ejusmodi cooperationem, quae quidem ordinem naturae non excedit, sed tamen cum a generali, qua Deus omnibus creaturis, tum etiam a speciali, qua per gratiam cooperatur, distinguenda est. Ejusmodi vero cooperationis necessitas inde petitur, quod ad certitudinem veritatis habendam *necessario requiritur immutabilitas ex parte scibilis*, seu objecti, et *infallibilitas ex parte scientis*, vel subjecti: *veritas autem creata non est immutabilis simpliciter, nec lux creaturae omnino infallibilis ex propria virtute.* Quapropter ad certam veritatis cognitionem adipiscendam, necesse est quod ratio creata recurrat ad artem aeternam, *ut ad lucem dantem infallibilitatem scienti, et veritatem dantem immutabilitatem scibili.* Divinae cooperationis effectus in eo sistit, quod ratio humana per illam res aliquo modo attingit in quantum sunt in arte aeterna, seu rationes aeternas aliquo modo attingit. Istius vero cooperationis suscipiendae capax est homo, quia imago Dei; ac potest ipse homo rationes aeternas aliquo modo attingere, quia ad Deum comparatur ut ad objectum suae mentis. Sed cooperatio Dei, uti ex vi nominis percipitur, operationem alterius exigit, nempe hominis: ac propterea ad effectum certitudinalis cognitionis assequendum, ita concurrere necesse est rationem aeternam cum ratione creata, ut propria et distincta causalitas utrique servetur. Per eum vero duplicis causae concursum, is tantummodo inter utramque nexus extat, qui creaturae rationali in statu naturae lapsae ac per gratiam nullam elevatae, competere potest. Hic porro nexus ejusmodi est, ut, licet mens humana rationes aeternas aliquo modo

ttingat, nequeat tamen eas attingere absque speciebus intelligi-
ilium creatorum a phantasmate abstractis. Modus autem quo
ationes illas attingit mens humana per peccatum Adae lapsa,
ıon est *plene et perspicue*, sed *ex parte èt in aenigmate*.

Causalitas igitur utriusque rationis ita se habet, ut ratio
eterna sit regulans et movens, creata vero attingens rationes
eternas per proprias et distinctas rationes cognoscendi, vide-
icet per similitudines intelligibilium a phantasmate abstractas:
ıc propterea, medium quo mens humana rationes aeternas ex
›arte et in aenigmate attingit, est sibi proprium et nativum,
ıtque a lumine aeternae veritatis omnino sejunctum. Ex eo au-
ıem quod rationes aeternas nonnisi ex parte et in aenigmate at-
tingere possumus, inferendum esse videtur, non posse in statu
praesentis vitae plene et perspicue intelligi, quomodo intellectus
noster per species a phantasmate abstractas, rationes illas at-
tingat. Siquidem ad id plene intelligendum et clare, oporteret
eas attingere plene et perspicue. Unde magis scimus, nos eas
aliquo modo attingere, quam quomodo per species creatas attin-
gamus. Sicuti etiam magis scimus Deum concurrere *ad operari*
cujusque creaturae, quam quomodo ipse concurrat, seu ratio-
nem intrinsecam ejusmodi concursus. Ac per hoc neque percipi
clare potest, quomodo Deus regulet ac moveat rationem huma-
nam ad effectum, una cum hac, certitudinalis cognitionis pro-
ducendum. Sunt enim certi fines in rerum rationibus quaeren-
dis, quos humani vis intellectus praetergredi nequit.

Haec ego ad mentem Seraphici dixisse puto, atque alias
ıusius eadem atque alia dicturum spero, ad ejus doctrinam, in
ıac de qua agimus quaestione, explicandam. Sed et ex paucis
ıuae hic pro modulo meo dixi, atque longe melius ipsam quae-
tionem S. Bonaventurae meditantibus palam fiet, nihil in ea
›ccurrere quod a veritate catholica abhorreat, nihilque quod tuto
radi non possit; ad quae etiam magis animadvertenda, quaedam
grandioribus literis signata lector inveniet in ipsa quaestione.

Tres sunt codices ex quibus, et cum quibus, quaestio haec descripta et collata fuit a sociis meis, P. Elpidio a Montejovio, Basilio ab Arupino, Eugenio a Venetiis et Jacobo a Passione, Hispano, eosque codices modo indicamus literis A, B et C. Eam edo ad normam codicis A, et variantes adhibeo ex codicibus B et C eo modo quem alibi (1) de usu variantium exposui.

(1) Vide supra part. prim., cap. 3.

QUAESTIO ANECDOTA S. BONAVENTURAE.

AN RATIONES AETERNAE SINT RATIONES COGNOSCENDI IN OMNI CERTITUDINALI COGNITIONE.

Supposito quod rationes aeternae sint realiter indistinctae in arte divina vel cognitione, quaeritur utrum sint rationes cognoscendi in omni certitudinali cognitione: hoc est quaerere utrum quidquid certitudinaliter cognoscitur a nobis, cognoscatur in ipsis rationibus aeternis. Et quod sic, videtur auctoritate multiplici.

1. Augustinus lib. de Magist. (1): « De universis quae intelligimus non loquentem qui personat foris, sed intus ipsi menti praesidentem consulimus veritatem. Ille autem qui consulitur docet, qui in (2) interiore homine habitare dictus est Christus, incommutabilis Dei virtus et sapientia sempiterna, quam quidem omnis rationalis anima consulit. »

2. Item idem lib. de vera Relig. (3): « Apparet supra mentem nostram legem esse, quae veritas dicitur, nec jam illud est ambigendum, incommutabilem naturam, quae supra mentem humanam est, Deum esse: nam haec

(1) Cap. 11, col. 560, n. 38, tom. 1, edit. Venet. 1729.

(2) Deest **in** in mss. codicibus.

(3) Cap. 30, 31, col. 767, n. 56, 57, tom. 1: " Apparet supra mentem nostram esse legem, quae veritas dicitur. Nec jam illud ambigendum est, incommutabilem naturam, quae supra rationabilem animam sit, Deum esse: et ibi esse primam vitam et primam essentiam, ubi est prima sapientia. Nam haec est illa incommutabilis veritas, quae lex omnium artium recte dicitur, et ars omnipotentis artificis. „

est illa incommutabilis veritas, quae lex omnium artium recte dicitur, et (1) ars omnipotentis artificis. »

3. Item Augustinus in libro de lib. Arbitr. (2): « Illa pulchritudo sapientiae et veritatis non peragratur (3) tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec verbo (4) intercluditur, nec sensibus corporis subjacet, et de toto mundo ad se conversis, qui diligunt eam, omnibus proxima est, omnibus sempiterna, nullo loco est, nusquam deest, foris admonet, intus docet. Nullus de illa judicat, nullus sine illa judicat bene, ac per hoc manifestum est eam mentibus nostris, quae ab ipsa una fiunt singulae sapientes, et non de ipsa sed per ipsam de ceteris judicant sine dubitatione esse potentiorem (5). » Si tu dicas quod ex hoc non sequitur quod in veritate (6) vel rationibus, sed quod (7) a rationibus videmus; Augustinus, 12 Confess. (8): « Si ambo videmus verum esse quod dicis, et ambo videmus verum esse quod dico, ubi quaeso id (9) videmus? nec ego in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quae supra mentes nostras est, incommutabili veritate. »

4. Item lib. octavo de Civ. Dei (10), loquens de philo-

(1) Cod. A pro *et* legit *vel*.
(2) Lib. 2, c. 14, col. 602, n. 38.
(3) Edit. cit. *nec peragitur tempore*.
(4) Edit. cit. nec *umbra intercluditur*.
(5) Edit. leg. *potiorem* ; cod. B, *praeceptorem*.
(6) Cod. B pro *veritate* habet *mente*.
(7) Deest *quod* in codicibus A et B, sed habetur in cod. C.
(8) Cap. 25, col. 221, n. 35, tom. 1.
(9) Ita edit. cit., codd. B et C, sed cod. A legit. ubi, *quaero, illud* videmus ?
(10) Cap. 7, col. 197, tom. 7, ubi: " Hi vero, quos merito *ceteris* anteponimus, discreverunt e quae mente conspiciuntur, ab iis quae sensibus attinguntur; nec sensibus admittentes quo possunt, nec eis dantes ultra quam possunt. Lumen autem mentium esse dixerunt ad discend omnia, eumdem ipsum *Deum*, a quo facta sunt omnia. "

sophis dicit sic: « Hi quos merito omnibus anteponimus, lumen mentium esse dixerunt ad discenda omnia, eumdem ipsum divinum a quo facta sunt omnia. »

5. Item octavo de Trinitate (1) : « Cum animus ita nobis placet, ut eum omni luci corporeae praeferamus, non in seipso nobis placet, sed in illa arte (2) qua factus est. Inde enim approbatur factus, unde (3) videtur fuisse faciendus: haec est veritas et simplex bonum. »

6. Item libro nono (4): « Aliis omnino regulis super mentem nostram incommutabiliter manentibus, vel approbare vel improbare convincimur cum recte aliquid approbamus vel improbamus. »

7. Item eodem (5): « In illa aeterna veritate, ex qua temporalia facta sunt omnia (6), formam secundum quam sumus, et secundum quam vel in nobis vel in corporibus vera (7) et recta ratione aliquid operamur, visu mentis aspicimus. »

8. Item libro decimoquarto de Trinit. (8): « Cum impii regulas vident secundum quas quisque vivere debeat, ubi

(1) Cap. 3, col. 868, n. 5, tom. 8.

(2) Cod. C: *in illa aeterna veritate.*

(3) In edit. *ubi.*

(4) De Trin. cap. 6, col. 883, n. 10, tom. 8.

(5) Lib. 9, cap. 7, col. 884, n. 12, tom. 8.

(6) Deest *omnia* in cod. A, sed occurrit in ceteris, et in edit.

(7) Cod. A et B: *verum;* edit. *vera.*

(8) Cap. 15, col. 962, n. 21, tom. 8: " Nam hinc est quod etiam impii cogitant aeternitatem, et multa recte reprehendunt, recteque laudant in hominum moribus. Quibus ea tandem regulis judicant, nisi in quibus vident quemadmodum quisque vivere debeat, etiamsi nec ipsi eodem modo vivant? Ubi eas vident? Neque enim in sua natura, cum procul dubio mente ista videantur, eorumque mentes constet esse mutabiles, has vero regulas immutabiles videat quisquis in eis et hoc videre potuerit; nec in habitu suae mentis, cum illae regulae sint justitiae, mentes vero eorum constet esse injustas. Ubinam sunt istae regulae scriptae, ubi quid sit justum et injustus agnoscit, ubi cernit habendum esse quod ipse non habet? Ubi ergo scriptae sunt, nisi in libro lucis illius, quae veritas dicitur? unde omnis lex justa describitur.„

eas vident? non in sua natura, cum constet mentes eorum esse mutabiles, has vero regulas immutabiles; nec in habitu suae mentis, cum illae regulae sint justitiae, ubi cernit habendum esse quod ipse non habet? Ubi ergo scriptae sunt, nisi in libro lucis illius, quae veritas dicitur, unde omnis lex justa describitur? » Si dicas quod retractavit; contra, Augustinus lib. Retractationum primo (1): « Credibile est de quibusdam disciplinis vere respondere etiam imperitos earum, quando capere possunt lumen rationis aeternum, ubi haec incommutabilia vera conspiciunt, non quia prius scierunt et post obliti sunt, sicut Platoni visum est. »

9. Item: « Natura intellectualis non solum connectitur (2) intelligibilibus, verum etiam immutabilibus rebus (3) eo ordine facta, ut cum (4) se ad eas movet quibus connexa est, vel ad seipsam in quantum eas videt, in tantum de eis vera (5) respondeat. » Ex iis auctoritatibus Augustini manifeste ostenditur, quod omnia sciunt in rationibus aeternis.

10. Item Ambrosius: « Per meipsum nihil video nisi vana, fluxa et caduca: » ergo si aliquid certitudinaliter video, video per aliquid quod est supra me.

11. Item Gregorius super illud Joannis decimoquarto (6):

(1) Cap. 4, col. 7, n. 4, tom. 1: " Credibilius est enim, propterea vere respondere de quibusdam disciplinis, etiam imperitos earum, quando bene interrogantur, quia praesens est eis quantum id capere possunt, lumen rationis aeternae, ubi haec immutabilia vera conspiciunt; non quia ea noverunt aliquando, et obliti sunt, quod Platoni vel talibus visum est.,

(2) Cod. A legit. *convertitur;* B *connectitur.*

(3) Idem cod. A *et;* cod. B *eo.*

(4) Cod. A *tamen;* B *cum.*

(5) Deest *vera* in cod. A, sed habet cod. B.

(6) Joan. 14, v. 26.

vos docebit omnia, dicit (1): « Nisi Sanctus (2) Spiri- adsit cordi audientis, otiosus est sermo doctoris: nemo o docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelli-, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua in va- um exterius laborat. »

12. Item idem ibidem (3): « Ecce unam loquentis em omnes pariter auditis, nec tamen sensum auditae is omnes aequanimiter perpenditis. Cum ergo vox dispar sit, cur intus in cordibus nostris dispar est vocis in- ligentia (4), nisi quia per hoc quod vox loquentis com- miter admonet, est magister interior qui de vocis in- ligentia quosdam specialiter docet? » Sed si sufficiunt ad intelligendum per lumen veritatis creatae, non in- et sermo doctore. Cum igitur indigeat, patet etc.

13. Item Anselmus in Proslogion decimoquarto (5): Quanta lux est de qua micat omne verum, quod ratio- li menti lucet! Quam ampla est ista veritas, in qua omne quod verum est, et extra quam nonnisi nihil falsum est: » ergo si verum non videtur nisi ubi est, lum videtur nisi in veritate aeterna.

14. Item Origenes (6): « Humana natura etsi non ccasset, suis propriis viribus lucere non posset. » Sed in- ligere, lucere quoddam est; ergo etiamsi non peccasset, opriis viribus non posset intelligere, ergo indigeret su- riori agente.

) In evangelia, lib. 2, homelia 30, col. 1576, n. 3, tom. 1, edit. Venet. 1744.
) Cod. B, nisi *idem* Spiritus; sed A, nisi *Sanctus* Spiritus.
) Ibidem post verba superius relata.
) In cod. A desunt *eur* et *vox*, sed adsunt in cod. B.
) Pag. 46, col. 2, tom. 1 edit. Venetiis 1744.
) Ubi ?

15. Item super illud Psalmi (1): *Manus tuae fecerunt me et plasmaverunt me, da mihi intellectum.* Glossa (2): « Solus Deus dat intellectum; Deus enim per seipsum, quod lux est, illuminat pias mentes. »

16. Item Isidorus, tractans illud Psalmi (3): *In lumine tuo videbimus lumen*, dicit (4): « Sicut de sole exit unde sol videri possit, et tamen solem non deserit quod solem ostendit; ita (5) in Deo lux quae exit a Deo mentem irradiat, ut prius ipsam corruscationem, sine qua non videret, videat, et in ipsa cetera videat: » ergo omnia secundum hoc videntur in luce divina.

17. Item Philosophus sexto Ethic. c. III (6) secundum novam translationem: « Omnes enim id quod scimus, non posse aliter sese habere existimamus: quae autem aliter esse possunt, cum extra contemplationem fuerint, an sint, nec ne, latent. Scibile igitur necessario est: ergo aeternum. Quae enim necessario sunt, absolute omnia sunt aeterna: quae autem sunt aeterna, generationi et corruptioni minime subjacent: » ergo nullo modo potest esse cognitio certitudinalis, quin cadat ibi ratio aeternae veritatis; hoc autem non est nisi in rationibus aeternis, ergo etc.

(1) Psalm. 118, v. 73.

(2) Ex Augustin. Enarrat. in Psal. 118, vers. 73, tom. 4, col. 1326, edit. Venet. an. 1730.

(3) Psal. 35, v. 10.

(4) Ubi ?

(5) Codd., ita *mens* in Deo.

(6) Cum codices valde corrupta exhibeant verba ab Aristotele petita lectionem Venetae editionis an. 1583 sufficimus, eam, quam codices dant, hic ad calcem rejicientes: " Omnes suspicamur quod scimus non contingere aliter se habere; contingentia autem cum extra spectari, si aut latent, sint vel non; ex necessitate enim entia simpliciter omnia aeterna aut ingenita et incorruptibilia. „

18. Item hoc idem ostenditur rationibus, et primo tionibus sumptis ex verbis Augustini in libro de lib. :bitr., et de vera Religione, et de Magistro, sexto Musi- e, et octavo de Trinitate (1): hujusmodi rationes. O- ne immutabile est superius mutabili; sed illud quod rtitudinaliter cognoscitur est immutabile, quia verum :cessarium; sed mens nostra est mutabilis; ergo illud iod cognoscimus, est supra mentes nostras: sed quod t supra mentes nostras non est nisi Deus et veritas terna; ergo illud quod est cognitio, est divina veritas ratio sempiterna.

19. Item, omne injudicabile est super judicabili; sed x qua judicamus est injudicabilis, mens autem nostra est dicabilis; ergo illud quo cognoscimus et judicamus, est pra mentem nostram. Hoc autem non est nisi veritas ratio sempiterna; ergo etc.

20. Item, omne infallibile est superius fallibili; sed x et veritas qua cognoscimus certitudinaliter est infallilis, mens autem nostra falli potest; ergo lux illa et vetas est supra mentem nostram: sed haec est lux et vetas aeterna; ergo etc.

21. Item, omne lumen certitudinale est incoarctabile, ıia universis se ostendit et exhibet cognoscibile sub eam certitudine; lumen autem incoarctabile necessario non t lumen creatum, sed increatum, quia omne coarctatum t limitatum et finitum et in diversis multiplicatur:

) Vide supra verba S. Augustini sub n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.

ergo hoc lumen necesse est esse increatum: sed hoc lumine certitudinaliter cognoscimus; ergo etc.

22. Item, omne necessarium est interminabile, quia nullo modo potest nec poterit aliter se habere; sed illud quod certitudinaliter scimus, est verum necessarium; ergo interminabile. Sed omne tale est supra omne creatum, cum omnis creatura prodierit de non esse ad esse, et quantum est de se sit vertibilis in non esse; ergo illud quo (1) cognoscimus excedit omne verum creatum; ergo est verum increatum.

23. Item, omne creatum, quantum de se, est comprehensibile; sed leges numerorum, figurarum et demonstrationum, cum augeantur in infinitum, secundum Philosophum, sunt incomprehensibiles ab humano intellectu: ergo, cum hujusmodi leges ab humano videntur intellectu, necesse est quod videantur in aliquo quod excedit omne creatum: hujusmodi autem non est nisi Deus, et ratio sempiterna: ergo etc.

24. Item, cum impius homo cognoscit justitiam, aut cognoscit eam per sui (2) praesentiam, aut per similitudinem acceptam ab extra, aut per aliquod quod est supra; sed non per ejus praesentiam, cum illa non sit praesens ei: non per speciem acceptam ab extra, cum non habeat similitudinem abstrahibilem per sensum; ergo necesse est, quod cognoscat per aliquid aliud quod est supra intellectum suum: pari ratione et omnia alia cognoscibilia spiritualia quae cognoscit. Ergo si impius

(1) Cod. B: illud *quo* cognoscimus; cod. A: illud *quod*.
(2) Cod. B et C: per *sui* praesentiam; A, per *suam*.

gnoscit in rationibus aeternis, multo fortius alii. Si as quod cognoscitur ea per effectum, objicitur contra ɔ Augustinus, quia quod nullo modo cognoscitur, ne-tur quid ab eo efficiatur: si enim nescio quid sit mo, numquam scio quid sit ab homine. Ergo si prius n habetur notitia de justitia, nunquam scietur quod hoc l illud fiat ab illa. Restat ergo quod cognoscitur in tione aeterna. Similiter potest argui de qualibet forma telligibili substantiali, ac per hoc de omni cognitione rtitudinali.

25. Item, sicut Deus est causa essendi, ita est ratio telligendi, et ordo vivendi; sed Deus sic est causa es-ndi, quod nihil potest ab aliqua (1) causa effici, quin se seipso et sua aeterna virtute moveat operantem; ergo hil potest intelligi quin ipse sua virtute immediate illu-ret intelligentem.

26. Item, nullum ens defectivum cognoscitur nisi r ens perfectum; sed omne verum creatum quantum t de se, tenebra est et defectus; ergo nihil in intel-ctu cadit nisi per illud verum summum.

27. Item, nihil recte (2) et certitudinaliter cogno-itur, nisi applicetur ad regulam quae nullo modo po-st obliquari; haec autem regula non est nisi illa quae sentialiter est ipsa rectitudo, et haec non est nisi ve-tas et ratio aeterna; ergo nihil certitudinaliter cogno-itur, nisi applicetur ad regulam aeternam.

28. Item, cum duplex sit portio animae, superior et

) Cod. B: ab *alia*.
) Cod. B: nihil *certe*.

inferior, ratio inferior ortum habet a superiori, et no contrario; sed ratio superior dicitur in quantum conv titur ad leges aeternas, inferior vero in quantum ver tur circa temporalia; ergo per prius et naturaliter in animae cognitio aeternalium quam temporalium: ergo i possibile est quod aliquid ab ipsa cognoscatur certitudi liter, nisi ab illis aeternis rationibus adjuvetur. Haec om rationes praedictae ex verbis Augustini eliciuntur in diver voluminibus.

29. Item, hoc idem videtur et aliis rationibus. (gnitio ejusdem sensibilis a diversis simul et semel n potest haberi nisi per aliquid commune, et pari ratio cognitio ejusdem intelligibilis; sed aliquod unum ver nullo modo multiplicatum (1) a diversis potest intelli et enuntiari; ergo necesse est quod per aliquod unum nu modo multiplicatum intelligatur; sed unum in diversis nu modo multiplicatum non potest esse nisi Deus; ergo ra intelligendi unumquodque est ipsa veritas, quae est De

30. Item, sicut affectus se habet ad bonum, ita tellectus se habet ad verum: et sicut omne bonum a sum bonitate, ita summum verum a summa veritate; sed i possibile est quod affectus noster directe feratur in bonu quin aliquo modo attingat summam bonitatem; ergo imp sibile est quod intellectus noster certitudinaliter cognos aliquod verum, quin attingat aliquo modo summam veritat

31. Item, verum non cognoscitur nisi veritate, et quacumque, sed veritate nota, et illa potissimum verit

(1) Cod. A, *multiplicatur*.

quae quidem est veritas maxime nota; sed haec veritas est illa, quae non potest cogitari non esse; sed talis non est veritas creata, sed increata: ergo quidquid certitudinaliter cognoscitur, scitur in veritate et ratione aeterna.

32. Item, anima nata est converti se supra intelligibile quod (1) est extra, et supra intelligibile quod est intra, et super intelligibile quod est supra. Conversio autem ad intelligibile quod est (2) extra, est minime simplex: ad intelligibile vero quod est intra, magis simplex: ad intelligibile quod est supra, maxime simplex, quia illud est ei magis intimum quam ipsa sibi: sed quanto aliquid simplicius, tanto prius; ergo naturaliter conversio est prior animae supra ipsam veritatem sibi intimam, quam supra seipsam vel vera extrinseca; ergo (3) impossibile est quod aliquid cognoscat nisi illa summa veritate praecognita.

33. Item, omne ens in potentia reducitur ad actum per aliquod actu existens in illo genere; sed intellectus noster est in potentia intelligens (4); ergo ad hoc quod fiat in actu intelligens, necesse est quod per eum fiat qui est actu omnia sciens: sed hoc non est nisi aeterna sapientia; ergo etc. Si tu dicas quod ille est agens intelligens, tunc quaero: aut intellectus agens actu intelligebat illud quod iste addiscit, aut non: si non, ergo per illum non poterat fieri actu intelligens; si sic, ergo vel iste qui addiscit simul idem intelligit et ignorat, vel intellectus agens non est aliquid animae, sed supra ani-

(1) Codd. *quia*.
(2) Deest *est* in cod. A.
(3) Cod. B, *ergo si* impossibile.
(4) Cod. B, *est in potentia intelligens*; cod. A, *in potentia intellectus*.

mam. Restat igitur quod quidquid anima intelligens apprehendit, per aliquid quod est supra animam apprehendat (1): sed supra animam non est nisi Deus; ergo etc. Si tu dicas quod intellectus agens non dicitur agens quia actu intelligit, sed quia intelligere facit, contra: Omne intelligens est superius et melius non intelligente; ergo si intellectus agens non est intelligens, cum non possit facere aliquid melius et superius supra se, numquam faciet se vel alium actu intelligentem; ergo si sit actu intelligens, necesse est quod fiat per aliquod quod est supra se; hoc autem non est dare aliud quam aeternam rationem et veritatem: ergo etc.

34. Item, destructis omnibus creaturis, remanente solo spiritu rationali, remanet apud animam cognitio disciplinarum, utpote numerorum et figurarum; sed hoc non est propter verum esse quod habeat apud ipsam, nec apud universum: ergo necesse est quod propter esse quod habet apud summum artificem.

35. Item, secundum omnes Sanctos Deus est doctor omnis scientiae: aut ergo quia generaliter cooperatur (2) omni intellectui, sicut et aliis creaturis, aut quia donum gratiae infundit, aut quia intellectus in cognoscendo ipsum attingit. Si quia generaliter cooperatur, ergo dicendum (3) docere sensum sicut intellectum, quod absurdum est. Si quia donum gratiae infundit, ergo omnis cognitio (4) erit gratuita vel infusa: nulla ergo acquisita vel innata.

(1) Deest *apprehendat* in mss. codicibus.
(2) Cod. B: *cooperat.*
(3) Cod. B: *dicendum;* A vero *ista dicere.*
(4) Cod. A: *cognitio aut erit;* absque *aut* cod. B.

quod absurdissimum est. Restat ergo quod hoc dicitur, quia intellectus noster ad ipsum attingit tamquam ad lumen mentium, et rationem cognoscendi omne verum.

Sed contra hoc objicitur.....

CONCLUSIO

Respon. Ad praedictorum intelligentiam est notandum, quod cum dicitur quod omne quod cognoscitur certitudinaliter, cognoscitur (1) in luce aeternarum rationum, hoc tripliciter potest intelligi. Uno modo, ut intelligatur quod ad certitudinalem cognitionem concurrit lucis aeternae evidentia TAMQUAM RATIO COGNOSCENDI TOTA ET SOLA, ET HAEC INTELLIGENTIA EST MINUS RECTA, pro eo quod secundum hanc, nulla esset rerum cognitio nisi in Verbo, et tunc non differret cognitio viae a cognitione patriae, nec cognitio Verbi a cognitione in proprio genere, nec cognitio scientiae a cognitione sapientiae, nec cognitio naturae a cognitione gratiae, nec cognitio rationis a cognitione revelationis; quae omnia cum sint falsa, nullo modo est ista via tenenda. Ex hac enim sententia quam quidam posuerunt, nihil certitudinaliter cognosci nisi in mundo archetypo et intelligibili, sicut fuerunt academici primi, natus fuit error, ut dicit Augustinus contra academicos lib. secundo (2), quod nihil omnino contingeret

(1) In cod. B et C *cognoscitur*, in cod. A *cognoscatur*.

(2) Sententiam, non verba Augustini, hic loci refert Seraphicus.

scire sicut posuerunt academici novi, pro eo quod mundus intelligibilis est occultus mentibus humanis: ideo volentes primam tenere sententiam et suam po tionem, inciderunt in manifestum errorem (1), quia r dicus error in principio magnus est in fine.

Alio modo est ut intelligatur quod ad cognitionem cer tudinalem necessario concurrit ratio aeterna quantum ad su influentiam, ita quod cognoscens in cognoscendo non ipsam r tionem aeternam attingat, sed influentiam ejus (2) solum. hic quidem modus dicendus est insufficiens secundum ver beati Augustini, qui verbis expressis et rationibus ostend quod MENS IN CERTITUDINALI COGNITIONE PER INCOMMUTABIL ET AETERNAS REGULAS HABEAT REGULARI, NON TAMQU PER HABITUM SUAE MENTIS, SED TAMQUAM PER EAS QU SUNT SUPRA SE IN VERITATE AETERNA. Et ideo dic quod mens nostra in cognoscendo non extendat se ul influentiam lucis increatae, est dicere Augustinum ceptum fuisse, cum auctoritates ipsius exponendo n sit facile ad istum sensum trahere. Hoc valde est abs dum dicere de tanto Patre et Doctore maxime authe tico (3) inter omnes expositores sacrae Scripturae.

Praeterea illa lucis influentia aut est generalis qua tum Deus influit in omnes creaturas, aut est specia sicut Deus influit per gratiam. Si est generalis, ergo D non magis debet dici dator sapientiae quam foecunda terrae; nec magis ab eo dicetur esse scientia, qu

(1) Ita cod. A et B; codex vero C: *in manifestum inciderunt errorem.*
(2) Deest *ejus* in cod. A et P.
(3) Ita cod. B et C; cod. A legit. *attendendo.*

unia. Si specialis cujusmodi est in gratia, ergo secun- n hoc omnis co[illegible] est infusa et nulla est acquisita INNATA: quae omnia sunt absurda.

Et ideo est tertius modus intelligendi, quasi medium ıens inter utramque viam, scilicet, quod ad certitudina- ı cognitionem necessario requiritur ratio aeterna ut re- lans et ratio motiva, NON QUIDEM UT SOLA ET IN SUA NIMODA CLARITATE, sed cum ratione creata, et ut ex rte a nobis contuita secundum statum viae.

Et hoc est quod Augustinus insinuat in libro deci- ıquarto de Trinitate (1): « Commemoratur impius ut ıvertatur ad Dominum, tamquam ad eam lucem, qua am cum ab illo averteretur, quodammodo tangebatur. ım hinc est quod impii cogitant aeternitatem et multa ɔte reprehendunt, recte quoque laudant in hominum mo- ɔus. » Ubi et subdit (2), quod hoc faciunt per regulas ae scriptae sunt in libro lucis illius, quae veritas di- ɔur. Quod autem mens nostra in certitudinali cognitione ıquo modo attingat illas regulas et incommutabiles ra- ɔnes, requiritur necessario nobilitas cognitionis et digni-

) Cap. 15, col. 962, n. 21, tom. 8: " Commemoratur (impius), ut convertatur ad Dominum, ıquam ad eam lucem, qua etiam cum ab illo averteretur quodam modo tangebatur. Nam : est quod etiam impii cogitant aeternitatem, et multa recte reprehendunt recteque laudant ıominum moribus.„

) Ibidem: " Quibus ea tandem regulis judicant, nisi in quibus vident, quemadmodum quis- vivere debeat, etiamsi nec ipsi eodem modo vivant? Ubi eas vident? Neque enim in sua ıra, cum procul dubio mente ista videantur, eorumque mentes constet esse mutabiles; has regulas immutabiles videat quisquis in eis et hoc videre potuerit; nec in habitu suae ıtis, cum illae regulae sint justitiae, mentes vero eorum constet esse injustas. Ubinam istae regulae scriptae, ubi quid sit justum et injustus agnoscit, ubi cernit habendum quod ipse non habet? Ubi ergo scriptae sunt, nisi in libro lucis illius quae veritas ur? unde omnis lex justa describitur, et in cor hominis qui operatur justitiam, non ando, sed tamquam imprimendo transfertur.„

tas cognoscentis. Nobilitas, inquam, cognitionis, quia
gnitio certitudinalis esse non potest NISI SIT EX PA
SCIBILIS IMMUTABILITAS, ET INFALLIBILITAS EX PARTE SC
TIS. VERITAS AUTEM CREATA NON EST IMMUTABILIS SIM
CITER, SED EX CONDITIONE SIVE SUPPOSITIONE; SIMILI
NEQUE LUX (1) CREATURAE EST OMNINO INFALLIBILIS
PROPRIA VIRTUTE, CUM UTRAQUE SIT CREATA ET PRODI
DE NON ESSE IN ESSE. Si ergo ad plenam cognitio
fiat (2) recursus ad veritatem omnino immutabilem
stabilem, et ad lucem omnino infallibilem, necesse
quod in hujusmodi cognitione recurratur ad artem su
nam ut ad lucem et veritatem; LUCEM, inquam, DAN
INFALLIBILITATEM SCIENTI, ET VERITATEM DANTEM IMMU
BILITATEM SCIBILI. Unde cum res habeant esse in me
et in proprio genere, et in aeterna arte, non sufficit
animae ad certitudinalem scientiam veritas rerum sec
dum quod esse habent in se, vel secundum quod esse hal
in proprio genere, quia utrobique sunt mutabiles,
aliquo modo attingat eas in quantum sunt in arte aeter
Item requiritur ex parte scientis dignitas. Cum enim
ritus rationalis habeat superiorem portionem rationis
inferiorem, sicut ad plenum judicium rationis deliberativ
in agendis, non sufficit portio inferior sine superiori;
ad plenum rationis judicium in speculandis, non suf
seipsa superior, nisi aspiciat illas supernas leges. Haec au
portio superior est illa in qua est imago Dei, quae aete

(1) Codd. A et B, sed *ex suppositione simpliciter*, nec lux creaturae. Cod. vero C, sed
ditione sive suppositione; similiter neque lux creaturae.

(2) Cod. A et B *sit*, cod. C *fiat*.

ulis inhaerescit, et per eas quidquid definit certitudinali- judicat et definit, et hoc competit ei inquantum est imago . Creatura enim comparatur ad Deum in ratione vestigii, iginis et similitudinis. In quantum vestigium, comparatur Deum ut ad principium. In quantum imago, comparatur Deum ut ad objectum. In quantum similitudo, comparatur Deum ut ad donum infusum. Et ideo omnis creatura vestigium, quae est a Deo; omnis etiam imago, quae noscit Deum; omnis et sola est similitudo in qua itat Deus. Et secundum istum triplicem gradum nparationis, triplex est gradus cooperationis divinae. opere quod est a creatura per modum vestigii, coo- atur Deus per modum principii creativi; in opere vero od est a creatura per modum similitudinis sicut est opus itorium et Deo placitum, cooperatur Deus per modum ni infusi; in opere vero quod est a creatura per modum aginis, cooperatur Deus per modum rationis moventis(1); tale est opus certitudinalis cognitionis, quod quidem n est a ratione inferiori sine superiori. Quoniam igitur rtitudinalis cognitio competit spiritui rationali in quan- m est imago Dei, ideo in hac cognitione aeternas ra- nes (2) attingit. Sed quia in statu viae non est adhuc ne deiformis, ideo non attingit eas clare et distincte, secundum quod magis et minus; et cum deiformi- em attingit vel accedit, secundum hoc magis et mi- s eas attingit, semper tamen aliquo modo, quia nun- m potest ab eo ratio imaginis separari. Unde quia

Cod. A et B, *movendi*; cod. C, *moventis*.
Rationes cod. C; sed A et B *res*.

in statu innocentiae erat imago sine deformitate cul
nondum tamen habens plenam deiformitatem gloriae,
attingebat ex parte sed non in aenigmate. In statu
naturae lapsae caret deiformitate et habet deformitat
ideo attingit eas ex parte et in aenigmate. In statu
gloriae caret omni deformitate et habet plenam dei
mitatem, ideo attingit eas plene et perspicue. Rursus, q
non ex se tota est anima imago, ideo cum his attin
rerum similitudines abstractas a phantasmate TAMQUAM P
PRIAS ET DISTINCTAS COGNOSCENDI RATIONES, SINE QU
NON SUFFICIT SIBI AD COGNOSCENDUM LUMEN RATIO
AETERNAE QUAMDIU EST IN STATU VIAE, nisi forte
specialem revelationem hunc statum transcenderet, sicut
illis qui rapiuntur et in aliquorum revelationibus p
phetarum.

Concedendum est igitur sicut rationes ostendunt,
Augustini auctoritates asserunt expresse, quod in om
certitudinali cognitione rationes illae cognoscendi a
gnoscente attinguntur, licet aliter a viatore, aliter
comprehendente, aliter a sciente, aliter a sapiente, aliter
prophetante, et aliter a communiter intelligente, sic
jam patet et patebit in objectorum solutionibus.

1. Ad illud quod obijcitur quod.....

PARS TERTIA

SEU

ATALOGUS MANUSCRIPTORUM OPERUM HUCUSQUE INVENTORUM,
QUAE NOMEN PRAEFERUNT S. BONAVENTURAE
NEQUE SUB EJUS NOMINE HACTENUS EDITA FUERUNT,
SIVE ILLA SINT CERTA, DUBIA AUT SPURIA,
VEL ETIAM ALIORUM SUB NOMINE IMPRESSA.

Eorum tantummodo operum manuscriptorum syllabum contexo, quae meis oculis inspexi. Eundem vero concio tum ex meis manuscriptorum recensionibus tum ex illorum apographis quae socii mei fecerunt. Fragmenta etiam ipsis plerumque tribuo, mendis quamplurimis, sed non nnibus quibus scatent, repurgata, quibus eadem opera, ai si extant, facilius dignosci queant. Sunt vero inter illa rta plurima, sunt dubia, sunt spuria, sunt etiam aliorum b nomine jam impressa. Haec omnia distinguere, et quae naventuriana sunt demonstrare, ad novam spectat operum nium editionem quam curamus, non vero ad ejus, quod ellus iste continet, programma. Sunt quidem plurima ca quae nullum omnino apud me dubium, sed ut nulla quoque sit apud alios, atque ut mecum sentiant eruli, demonstrationibus opus est, quas hic dare nequeo. aedam vero sunt, de quibus judicium proferre non leo, nisi aliis peractis investigationibus, aliisque mss.

codicibus ad majorem fidem faciendam accedentibus, quos in reliquis nondum perquisitis bibliothecis, me inventurum spero. Ne igitur temere de aliquibus in hoc syllabo contentis judicem, qui quorumdam censorum in adfirmandis vel negandis S. Bonaventurae operibus levitatem deploravi, a sententia nunc dicenda abstinere debeo. Admoneo praeterea, nihil continere hunc catalogum quod jam in altera parte fuerit relatum : atque ea quae occurrunt usque ad n. 19, jam indicata fuisse in epistola ad bibliothecarios missa tribus ab hinc annis. Singula quae diversa sunt, numeris atque spatio albo interposito discriminantur. Sermones vero singulares, sub unico numero, nempe 50, comprehensi, literis distinguuntur. His praenotatis, catalogus incipit:

1. Tractatus de signis universalibus. Incipit: « Circa signa universalia quatuor proponimus inquirere; quorum primum est de signis universalibus distributivis substantiae, quorum respectus finitur respectu unius verbi, prout adduntur termino simplici. Secundum est de eisdem, prout adduntur alicui termino a quo fit distributio et ad quem fit relatio, scilicet cui fit copulatio. Tertium est de signis geminatis vel assumentibus utrumque, quorum respectus ad minus in duobus verbis finitur, ut *quidquid*. Quartum est de signis distributivis accidentis, qualia sunt *qualisbet*, *quoties* et *quantumcumque*.

« Circa primum inquiruntur quinque; quorum primum est, utrum hoc signum *omnis* possit convenienter addi praedicato. Secundum est, utrum exigat in termino cui adjungitur esse actualiter multa supposita. Tertium est de quadam distributione,

scilicet quod possit distribuere terminum cui adjungitur pro speciebus, vel pro individuis. Quartum est de quadam alia distributione, scilicet utrum possit teneri divisive vel collective, et hoc habet locum circa hoc signum *totus*. Quintum est, utrum possit accipi ut res vel ut modus, et hoc habet locum circa hoc quod dico, *infinita*..... »

Desinit: « Ad hoc dicendum, quod verum est, quod duo instantia non continuantur ad invicem; sed tamen tempus superfluens ab uno instanti usque ad aliud, continuum totum facit. Quod autem ibi cadat distinctio, hoc non est gratia temporis vel a parte temporis, sed potius a parte animae distinguentis et separantis unum ab altero. Propter hoc non sequitur, quod in eis fuerit interruptio; quia tempus continue fluit ab uno usque in aliud, quo mensuratur totum esse. »

2. Tract. de negatione. Incipit: « Circa naturam negationis septem principaliter inquiruntur; quorum primum est de quadam distinctione, scilicet, quando negatio ponitur in eadem oratione cum verbo et participio, multiplex est oratio, ex eo quod potest ferri ad compositionem verbi vel participii. Secundum est de quadam regula, scilicet quando distributio et negatio concluduntur in aliqua dictione, quia ad nihil fertur unum ad quod non feratur reliquum. Tertium est, quando negatio ponitur in consequente conditionali, illa distinguitur, ex eo quod possit negare consequens vel consequentiam. Quartum est de consimili distinctione, quando ponitur in copulativa. Quintum est de hoc quod distinguitur, scilicet quod possit esse negatio orationis vel termini infiniti. Sextum est de hoc quod distinguitur, quod possit esse negatio in genere, vel extra genus. Septimum et ultimum est de quadam distinctione, quae fit circa hoc verbum *negare*.

« Circa primum sic proceditur, et quaeritur, utrum illa di-

stinctio bona sit; et videtur quod non, tali ratione. Ut habetur ab Aristotele, in libro de Anima, actus activorum est in patiente et disposito; hoc est dicere, quod secundum diversitates dispositionis et subjectorum sive materierum dispositarum, diversificantur formae: et hoc destruit opinionem illorum qui ponebant animam indifferenter intrare quodlibet corpus, sicut dicebant Pythagorici. Cum ergo compositio sit velut materia et subjectum negationis, et in verbo et participio sint diversae compositiones secundum speciem; manifestum quod una negatio non poterit esse determinatio compositionis verbalis et participialis: cum determinatio se habeat ad determinatum ratione formae, forma vero non possit una esse nec numero nec specie in diversis subjectis secundum speciem, ut ostensum est. Non est ergo distinguere, quod aliqua negatio posset ferri ad compositionem verbi vel participii.....»

Desinit: « Ad illud quod quaeritur, quae pars sit hoc quod dico *quod*, in talibus appellationibus; dico, quod nomen relativum, et refertur ad compositionem verbi. Unde sensus est: *quod Sortes currit est verum;* idest, Sortes currit; quem, scilicet Sortem, currere est verum. Et quia fertur ad compositionem cum illa, non discernit; ergo neque numerum: similiter nec hoc quod dico. Et item, quia habet vim articuli subjectivi, et reducit sequens ad praecedens, et ideo trahit verbum ab infinita inclinatione ad finitam: et ideo facit ipsam materialem respectu alterius inclinationis, quod patet, ut cum dicitur, *homo qui currit*. Et sic patet solutio objectorum. »

3. Tract. de dictionibus exclusivis. Incipit: « Circa dictiones exclusivas septem proponimus inquirere, cujusmodi sunt *solus* et *tantum*. Primum est, utrum valeat haec distinctio, secundum quod possit fieri exclusio generalis vel specialis. Secundum est, utrum valeat haec distinctio, quod hoc quod dico

itum, quando additur termino accidentali, potest excludere ıtia formae vel gratia materiae. Tertium est de eo quod, ando ponitur in aliquo dicto, potest facere exclusionem a toto :to vel a parte dicti. Quartum est, utrum impediat argu-entationes factas ab inferiori ad superius. Quintum est, utrum ditum signo particulari excludat signum universale, et simi-er parti integrali excludat totum. Sextum est, utrum ad-tum correlativo excludat relativum. Septimum est de ipso cundum quod ponitur bis, utrum possit judicari oratio per ium vel per reliquum : et gratia hujus, quaeritur de hac di-nctione generaliter.

« Circa primum sic proceditur et ostenditur, quod illa di-inctio nulla sit. Quoniam quae est comparatio abstracti ad stractum, et concreti ad concretum: cum ergo inter genus et eciem non cadat distinctio; ergo nec inter generale et spe-ıle; ergo distinctio nulla..... »

Desinit: « Ad aliud dico, quod terminus positus post dictio-m exclusivam potest considerari per relationem ad exclusi-m. Et sic cum illa excludat aliud non ratione alicujus suppo-i determinati, sed ratione formae communis, sic habet simpli-m suppositionem. Et sic patet solutio objectorum. »

4. Tract. de dictionibus exceptivis. Incipit: « Circa dictio-s exceptivas quinque inquiruntur; quorum primum est, quam pppositionem habeat terminus positus post dictionem excepti-m. Secundum est, utrum sit inconveniens tot excipi, quot pponi. Tertium est, utrum exceptio facta respectu exceptionis, t exceptio simpliciter et secundum quid. Quartum est de di-nctione facta circa hoc, quod dico, *praeter*, quod possit te-ri exceptive seu diminutive. Quintum est, utrum haec dictio, *i*, possit teneri exceptive vel consecutive.

« Circa primum sic proceditur. Dicitur enim quod terminus

positus post dictionem exceptivam non confunditur, sed habet suppositionem simplicem. Sed quod non habeat simplicem, videtur. Exceptum debet instare contra illam a qua excipitur; sed si aliqua duo instant, si unum habet personalem suppositionem, et alterum (non habet) non instant: unde hic non est instantia, *homo est species; nullus homo est species*. Cum igitur terminus, a quo fit exceptio, habeat personalem suppositionem; ergo et terminus exceptus.

« Item, haec dictio *praeter*, abstrahit partem a toto, prout erat in illo (et) consequebatur ad ipsum: aliter non esset instantia: sed pars, prout erat in toto distributo, habet personalem suppositionem sicut totum distributivum; ergo, prout excipitur, habet personalem..... »

Desinit: « Ad aliud dico, quod illa sit per accidens. Tamen ratione negationis reiteratae ad exceptionem, tempus illud quod de se intelligatur ut nunc, confunditur, et multiplicatur, et extenditur ad multa tempora: et ideo tunc bene potest excipi tempus praesens a tempore intellecto.

« Ad aliud dico, quod si haec dictio *nisi*, dicat consequentiam simpliciter, dico quod falsa est; quia possibile est tunc antecedens in aliquo tempore diversificari. Si vero dicat consequentiam ut nunc, dico quod vera est, quia antecedens est impossibile verificari in hoc tempore, sicut etiam consequens: et ideo respectu hujus temporis vere potest nominari consequentia inter ea. Et per hoc patet solutio objectorum omnium.»

5. Tract. de verbis *incipit et desinit*. Incipit: « Circa ista duo verba, *incipit* (et) *desinit*, tria proponimus inquirere, divino auxilio mediante; quorum primum est de ipsorum expositione. Secundum est, utrum hoc verbum *desinit*, ut communiter dicitur, habeat virtutem ampliandi. Tertium est de quadam distinctione specialiter facta circa hoc sophisma: *Sortes desinit esse, non desinendo esse*.

« Circa primum sic proceditur. Dicitur enim quod hoc verbum *desinit*, in permanentibus exponitur per positionem praesentis et privationem futuri; in successivis autem, per privationem praesentis et positionem praeteriti. Sed videtur quod (in) omnibus debeat exponi per privationem praesentis; ut si dicatur: *desinit esse;* ergo non est; per tale medium, quia hoc verbum *desinit*, importat correlationem, quae habet comparationem ad terminum a quo et ad quem; sed terminus a quo, est (*esse*), terminus ad quem, est *non esse;* cum igitur essentialior sit comparatio motus ad terminum (ad quem), quam ad terminum a quo, quia ab ipso habet denominationem, motus enim dicitur de ablativo; magis ergo ponet terminum ad quem, quam terminum a quo. Cum igitur *non esse* sit terminus ad quem respectu hujus verbi *desinit; esse* vero terminus a quo; ergo magis sequitur: *desinit esse; ergo non est.....* »

Desinit: « Ad aliud dico, quod haec *nunc ultimo*, est determinatio totius, sicut hoc verbum *desinit* transibat super totum; et tunc est oratio vera, ut patet; et sic est multiplex sicut prima. Et per hoc patet solutio omnium objectorum.»

6. Tract. de termino universali. Incipit: « Quoniam inquisitio veritatis hujus orationis et consimilium: *homo est animal, nullo homine existente:* valet ad sequentia terminanda; ideo ut ejus veritas plenius explicetur, hic quatuor inquiruntur. Quorum primum est, utrum haec sit vera: *Homo est animal, homine non existente:* hoc est quaerere, utrum homo vel aliquod universale habeat esse aliquod, omnibus suis partibus interemptis. Secundo quaeritur, utrum sequatur: *Homo est animal, ergo homo est.* Tertio quaeritur, utrum Sorte non existente, haec sit vera: *Sortes est homo.* Quarto, utrum sequatur: *Sortes est homo, ergo Sortes est.*

« Circa primum sic proceditur, et ostenditur, quod haec sit

vera: *homo est animal, quolibet supposito hominis corrupto.* Ut habetur in secundo de Anima, duplex est forma: est enim quaedam forma, quae nullius partis corporis est actus, ut anima rationalis; est enim ita actus totius, quod nullius partis per se. Quaedam autem est forma, quae alicujus partis corporis est actus, ut vegetabilis et sensibilis. Et ut ipse vult ibidem, forma quae alicujus partis corporis est actus, illa quidem non est separabilis, neque corrupto eo in quo est, manere potest: quae vero nullius partis corporis per se est actus, illo, in quo est, corrupto, non propter hoc corrumpitur. Cum ergo forma, quae est universale, sit talis forma: humanitas enim non est perfectio partis tantum, sed totius conjuncti; manifestum est quod universale manebit, quolibet ejus singulari destructo, quorum est forma: et si hoc, ergo etc..... »

Desinit: « Vel dicendum, sicut dicunt quidam, quod inferendo a negativa, contingit accipere praesentes, praeteritos et futuros, de quibus omnibus non praedicatur terminus actualiter. Verum si reducatur in syllogismum, non acciperetur terminus *praedicari* de illo praesentialiter, sed sub praeteritione. Et sic patet solutio.

« Argumenta facta ad illud problema sunt simpliciter concedenda, cum verum concludat oratio.»

7. Tract. de adverbio necessario. Incipit: « Circa hoc quod dico *necessario*, tria possunt inquiri. Primum est de hoc quod dicitur, quod potest importare necessitatem terminorum vel habitudinis. Secundum est de hoc quod dicitur, quod potest determinare compositionem vel praedicatum. Tertium est, utrum habeat virtutem ampliandi.

« Circa primum sic proceditur, quod hoc quod dico *necessario*, potest habere necessitatem terminorum vel habitudinis: et ostenditur quod hoc nihil sit, tali ratione. In quolibet genere

ppositionis tenet, quod si unum oppositorum non dicitur mul-ipliciter, nec reliquum; sed necessarium et impossibile oppo-iuntur aliquo genere oppositionis; ergo cum non distinguatur, o quod hoc quod dico *impossibile*, possit dicere impossibili-atem terminorum vel habitudinis, quia nullus terminorum di-itur impossibilis; ergo nec ex parte hujus quod dico *neces-sario*, debet fieri distinctio.

« Item, habitudo causatur a terminis, et generaliter quodlibet complexum ab incomplexo; ergo et necessitas habitudinis a necessitate terminorum causabitur; ergo cum non sit ponere effectum praeter causam, non erit ponere necessitatem habitu-dinis absque necessitate terminorum; quare non erit distinguere, quod possit dicere necessitatem sic vel sic..... »

Desinit: « Ad id autem quod probat ipsam esse veram simpli-citer, dicendum quod non est simile de genere et de quolibet toto disjuncto, quia genus praedicatur essentialiter de eo quod ipsum participat: et ideo oportet aliquam speciem ejus de illo essentialiter et de necessitate praedicari, cum species ad id es-sentialiter comparetur, ad quod genus essentialiter comparatur. Si aliquod totum disjunctum inest, verumtamen quaelibet ejus pars accidentaliter inest subjecto; sicut patet, de necessitate inest aliquando sanum esse vel aegrum esse, verumtamen utra-que pars inest ei contingenter: et causa hujus est, quia com-paratur aliquod disjunctum ad subjectum ut accidens.

« Ad aliud dicendum sicut dicebatur. Et si objiciat, contin-gens habet causam per se: dicendum, quod habet causam per se, sed non omnis causa per se de necessitate producit suum effectum; sed quaedam necessaria, ut natura, quaedam non ne-cessaria, ut agens per voluntatem, sicut intellectus. »

8. TRACT. DE DICTIONIBUS MODALIBUS *possibile* ET *impossibile*. ncipit: « Deinde quaeritur circa istas dictiones modales *possibile*

et *impossibile*. Et primo quaeritur de quadam distinctione communi utrique, quia propositio in qua ponuntur isti modi est duplex, eo quod potest esse de re vel de dicto. Secundo quaeritur de quadam distinctione propria huic quod dico *impossibile*, ex eo quod potest accipi pro impossibili per se vel (per) accidens.

« Circa primum sic proceditur. Dicitur enim quod haec est duplex : *album esse nigrum est possibile*, eo quod potest esse de re vel de dicto. Et applicatur de re quando hoc quod dico *possibile*, attribuit rem suam circa partem dicti sive circa subjectum, ut sit sensus: *album est nigrum:* de dicto autem, quando ly *possibile* ponit possibilitatem circa totum, ut sit sensus: *hoc dictum est possibile.*

« Quod autem ista distinctio nulla sit, videtur. Nihil unum et idem adaequatur toti et parti, quia tunc esset majus et minus seipso; sed dispositio dispositum de nomine potest determinare totum vel partem; sed hoc est hoc quod dico *possibile* et *impossibile;* ergo non est distinguere, quod possit attribui toti dicto vel parti, sive esse de re vel de dicto.

« Item, omnis distinctio competens in utroque sui membro debet supponere congruum; sed haec in altero sensu supponit incongruum; ergo nulla. Probatio minoris: cum enim est de re, tunc attribuitur possibilitas subjecto dicti, quod est in accusativo casu mediante hoc verbo *est*, quia sensus est: *album possibile est esse nigrum;* sed sic est oratio incongrua; ergo etc... »

Desinit : « Ad aliud dicendum, quod licet verum sequatur ad impossibile, non tamen praedicatur de impossibili ; non enim valet hoc argumentum : Hoc sequitur ad hoc, ergo praedicatur de illo.

« Ad aliud dicendum, quod aliquid potest inesse alicui dupliciter, aut sicut genus, vel sicut accidens. Dico enim quod illa consideratio quando accidens assignatur inesse alicui, bene tenet; sed falsum non est accidens impossibilis sed genus : et propter hoc non valet illa ratio. »

9. Tract. de dictionibus consecutivis. Incipit: « Circa dictiones consecutivas quatuor possunt inquiri. Primum est, utrum diversae consequentiae factae secundum diversas habitudines locales impediant argumentum factum a primo ad ultimum. Secundum est, utrum valeat haec distinctio, quod haec dictio *si* potest in quibusdam orationibus dicere consequentiam dicti ad dictum, vel dicti ad attributum. Tertium est, utrum sit verum quod communiter consuevit dici, quod ad impossibile sequitur quodlibet. Quartum est de quibusdam adnexis dictionibus consecutivis, cujusmodi sunt *in ea quod* et similia.

« Circa primum sic proceditur, et ostenditur, quod diversae habitudines locales impediant argumentum, et hoc tali ratione. Quod potest unum, possunt multò magis duo ejusdem generis; sed una consequentia facta secundam unam habitudinem localem facit argumentum necessarium; ergo multo fortius facient plures consequentiae secundum diversas habitudines locales factae.

« Item, extrema conditionis sunt materialia: cum ergo diversitas materiae non diversificet rationem quantum ad speciem, non diversificabitur conditio quantum ad speciem propter diversa extrema; ergo nec propter diversam habitudinem localem extremorum; sed quaecumque sunt differentia quoad speciem, quidquid potest unum potest alterum per naturam speciei; sed una conditionalis potest inferre conclusionem in quantum conditionalis; ergo hoc idem poterunt plures, in quibus sunt diversae habitudines locales.

« Item, si diversae habitudines locales, in quantum diversae, impediunt argumentum factum a primo ad ultimum, ubicumque ponerentur impedirent; sed id argumentum a primo ad ultimum non impeditur; ergo nihil aliud impeditur. Hoc enim argumentum est necessarium: Si tu es homo tu es animal; (si tu es animal), tu es sensibilis; si tu es sensibilis, tu non es lapis; ergo si tu es homo, (tu non es lapis): et tamen sunt hîc diversae habitudines locales, sicut patet; ergo etc.

« Sed contra hujusmodi argumentum. Oportet enim quod illud quod unit extremitates sit unum, vel quod se habeat taliter quod ex ipso fiat unum; ergo in argumento a primo ad ultimum, ad hoc quod sequatur conclusio, oportet quod omnes consequentiae inter sese aequivaleant uni medio; sed ex diversis, manentibus diversis, non fit unum; cum ergo diversae habitudines locales sint diversae et ut diversae; ergo ex eis non fit unum medium; ergo ex eis non potest sequi conclusio.

« Item, tota necessitas argumenti consistit in necessitate medii; necessitas autem (medii) consistit in uniformi acceptione ejusdem; ubi ergo non est uniformis acceptio medii, non est argumentum necessarium. Quando vero sunt diversae habitudines locales, accipitur medium secundum aliam et aliam habitudinem extremorum; ergo non uniformiter; ergo argumentum non est necessarium.

« Solutio. Dicendum, quod diversae habitudines locales non impediunt argumentum a primo ad ultimum, in quantum diversae sunt habitudines; sed (si) impediatur tunc argumentum a primo ad ultimum, hoc solum fit propter diversitatem medii, sed secundum quod duplex est diversificatio medii aut in se vel per relationem ad extrema. Dico ergo quod diversificatio medii per relationem ad extrema, non impedit argumentum. Sed quando diversificatur in se, ut quando secundum diversas naturas comparatur ad extrema, tunc impedit.... »

Desinit: « Item videtur, quod haec positio, sive haec regula destruat seipsam; ergo nulla est, tali ratione. Si ad impossibile sequitur (quidlibet), ergo ad hoc impossibile sequitur hoc, scilicet *nihil sequi;* sed si ad impossibile nihil sequitur, prima est falsa, et hoc sequitur ex illa regula; ergo illa regula est falsa.

« Si dicatur quod ad impossibile sequitur quodlibet, non ad quodlibet impossibile, sed ad illud solum quod claudit in se duo contradictorie opposita. »

10. Summa grammaticae. Incipit: « Quaeritur, utrum constructio et oratio sint eadem, et videtur quod sic. Dicit enim Aristoteles, quod quorum definitiones sunt eaedem, ipsa sunt eadem; sed definitiones constructionis et orationis sunt eaedem; ergo etc. Quod autem constructionis et orationis sint eaedem definitiones, patet; quoniam constructio est congrua dictionum ordinatio etc., et similiter oratio: et sic patet quoniam ipsa sunt eadem.

« Sed contra: causa et causatum non sunt eadem; sed oratio causatur a constructione; ergo constructio et oratio non sunt eadem.... »

Desinit: « Ad aliud dicendum, quod non est ibi nugatio quia cadit inter illa duo verba conjunctio copulativa, quae denotat diversitatem inter illa: quia ly *dormiam* supponit pro prima pace, quae in terris est, ly *requiescam* pro pace secunda, quae in coelis est, ad quam nos perducat. »

11. Quaestiones super quatuor libros topicorum. Incipit: Omne quod appetitur, aut est bonum simpliciter, aut bonum apparens. Bonum autem simpliciter, aut est bonum quod (est) finis, aut quod est ordinatum ad finem. Bonum autem quod est finis, est per se bonum, unde Aristoteles: *Per se bonum est, quo interempto, plura bona interimuntur;* ut interempto bono finis, interimuntur bona quae sunt ad finem. Bonum autem ordinatum ad finem, est proprie loquendo utile; unde Avicenna: *Utile est occasio ducendi in aliquod bonum.* Bonum autem quod est finis, duplex est, in nobis et extra nos: in nobis, ut virtus et beatitudo, extra nos ut summum bonum, a quo et ad quod omnia bona ordinantur, scilicet prima causa. Bonum autem finis in nobis quod est virtus, dividitur per virtutem consuetudinalem et intellectualem; consuetudinalis est quae provenit ex assueto usu bonum operandi, et inde dicimur

boni; intellectualis vero est quae nihil aliud est, quam cogn summi boni cum dilectione ejusdem.

« Ad hujusmodi autem duplex bonum finis, dupliciter o natur utile, quod est bonum ordinatum ad finem; unum est terius et aliud interius. Bonum exterius, cujusmodi sunt divit possessiones et hujusmodi, ordinatur ad virtutem consuetudi lem; multum enim confert ad hoc quod bonae consuetudi simus apud alios; verumtamen licet praecipue ordinetur il bonum ad virtutem consuetudinalem, multum tamen prolic potest ad intellectualem, scilicet ad placendum Domino et gratiae acceptionem. Bonum interius est ut scientia, et l principaliter ordinatur ad intellectualem. Et hoc testatur Ari teles in principio veteris Ethicae, quod ea quae intellectualis multum ex doctrina habet et generationem et augmentum. hilominus tamen valet ad consuetudinalem; ad hoc enim q bonum operemur et bonae consuetudinis simus, multum p dest habere scientiam.

« Ex iis patet, quod per se bonum est finis, scientia ver quod est utile, et est ad virtutem ordinata ut ad finem. cum in genere scientiarum quaedam dicitur bona, ut Metha sica, de qua dicit Aristoteles, quod ipsa dedignatur esse uti et hoc intellige respectu aliarum scientiarum; est tamen ut modo praedeterminato; quaedam autem dicitur utilis, ut om aliae scientiae a prima philosophia ad ipsam utiles sunt. inter has, quae ad primam philosophiam ordinantur, una (est), praecipue et excellentissime convenit intentio utilitatis; id e quod est modus aliarum scientiarum, et ita utile est id q est solum propter alias et haec est Logica secundum q dicitur scientia rationalis. Et de hac dicit Aristoteles, quod t lum est habere scientiam et modum secundum quem est; u haec ante alias scientias, quae sunt de rebus, habet addisci non cum aliis. Haec autem Logica cum sit scientia rationa de ratiocinatione et partibus et speciebus ejus tradit doctrin

hoc de ratiocinatione maxime completa, quae est syllogismus; ropter quod secundum diversitatem syllogismi in se, et in iis partibus et speciebus diversificatur Logica. De syllogismo utem est facere doctrinam simpliciter secundum (se), et sic est octrina Priorum; aut secundum partes ejus, et accipe partem ommuniter ad integralem et subjectivam. Si autem sit doctrina e parte syllogismi, aut igitur integrali, ut in libro veteris lo-icae, aut subjectiva. Sed tunc aut erit syllogismus ex iis quae unt simpliciter, ut ex veris quae non possunt aliter se habere; t sic est demonstrativus, de quo est doctrina Posteriorum : aut x iis quae apparent, et hoc dupliciter. Aut enim est ex iis quae pparent in superficie tantum, et est sophisticus, de quo est iber Elenchorum; aut ex iis quae apparent in superficie et rofundo, et hujusmodi sunt probabilia, ex quibus est syllogismus ialecticus, de quo est doctrina Topicorum. Hoc supponatur neces-e. Differunt autem apparens in superficie tantum, et apparens in uperficie et profundo, sicut humidum et udum: humidum enim est uod ubique intrinsecam habet humiditatem; udum autem quod olum in superficie exteriori madefit. Ex supra dictis patet, quid t subjectum libri Topicorum, quoniam syllogismus dialecticus.

« Potest tamen circa hoc dubitari. In principio tamen quae-ndum, an ars inveniendi, quae dicitur tradi in libro Topico-m et Elenchorum, sit scientia vel non. Secundo, dato quod c, quaeritur, an ars inveniendi sit pars logicae. Tertio, an yllogismus dialecticus sit subjectum hujus libri.

« Quaeritur an ars inveniendi possit esse scientia, et videtur uod non. Quia constat, quod non est scientia innata... »

Desinit quaestione tertia in caput quintum libri quarti OPICORUM, videlicet : « *Quandoque autem peccant.* Videtur quod ubjectum potest esse genus passionis suae; quia per se passio efinitur per suum subjectum, verbi gratia suum (?) est nasus nis; ergo cum definitio fit ex genere et differentia, et subje-um (non) est differentia, quare erit genus. Quod autem non

sit differentia patet, tum quia esset deordinatio in ordine, tum quia subjectum contrahitur per illud quod sequitur; sed genus non contrahit substantiam, quia subjectum non esse...

« Item videtur quod immortalitas non sit passio, vel casus vitae. Quia mortalitas et immortalitas opponuntur; sed mortalitas cuicumque inest, inest essentialiter; ergo eadem ratione et immortalitas. Praemissa patet per Aristotelem in decimo Metaphysicae dicentem, quod corruptibilitas essentialiter inest animali corruptibili; quare mortalitas cum sit corruptibilitas, eodem modo inest essentialiter, et ita etc.

« Item cum determinatio non differens ponit determinatum et sic se habet: motus est aër, mobilis ergo est aër; nix est aqua congelata, ergo nix est aqua, cujus oppositum vult litera.

« Ad primum, quod est definitio duplex materialis et formalis. Formalis quae constat ex genere (et) differentia; materialis non necessario constat ex genere et differentia, sed habet aliquid loco generis, sicut se habet subjectum in definitione suae passionis, et aliquid loco differentiae. Quamvis autem subjectum ponatur loco generis in definitione, non sequitur propter hoc, quod ipsum sit genus.

« Ad aliud, quod inesse essentialiter dupliciter est: aut quia sit ejus genus vel differentia vel aliquid aliud substantiale, aut quia necessario scilicet... inest ei quousque habuerit finem in illo. Et hoc secundo modo est corruptio de essentia cujuslibet cui inest; nec propter hoc sequitur quod sit ejus casus vel passio. Tamen quia unum et idem potest fieri corruptibile et incorruptibile quodam tempore perennitate, verbi gratia homini subesse dignitatem (!!) et sensitivae corruptibile est, subesse vero animae intellectivae incorruptibilis est, corrupta genus vegetabilitas (!!)... in homine illud quod jam substat incorruptibile et immortale. Et sic patet, qualiter immortalitas est casus et passio vitae. Quod autem inest essentialiter alio modo, non...

Reliquae in ejusdem caput et librum atque in libros sequentes Topicorum quaestiones desiderantur.

12. Quaestiones super libr. de generatione. Incip. « Quaeritur an scientia debeat esse de generabili et corruptibili; et videtur quod non, per definitionem scientiae. Dicit enim Aristoteles, quod scientia est eorum, quae non possunt se aliter habere; sed generabile et corruptibile non sunt hujusmodi; ergo etc.

« Oppositum probatur sic. De universali est scientia tamquam de subjecto; sed generatio et corruptio perpetuantur in universali; ergo ratione illius universalis, de illis potest esse scientia, quod concedendum est.

« Ad rationem in oppositum, dicendum, quod impossibile est aliter se habere, potest esse duobus modis. Aut absolute, et sic non exigitur ad scientiam, neque cadit in definitione scientiae; aut respectu suae causae, et hoc modo cadit in definitione scientiae. Et sic de contingentibus potest esse scientia, et similiter de generabilibus et corruptibilibus hoc modo est scientia... »

Desinit: « Dicendum, quod possumus loqui de reditione ejusdem in idem dupliciter. Aut quantum ad generans et generatum, et sic est similis reditio in elementis et animalibus et plantis, et hoc intendit in litera; aut tantum ex quo generatum est, et sic major est reditio in elementis, quam in animalibus et plantis, quoniam tota materia est in generatione unius elementi et corruptione alterius. Sed in animalibus separatur pars, quae numquam fuit unita substantiae, sed est residuum in ultima digestione, ut patet in libro de animalibus. »

13. Quaestiones super quatuor libros metheororum. Incipit: « Quaeritur, utrum scientia tradita sit scientia naturalis. Quod non videtur, quia natura est principium motus et quietis;

sed scientia ista non est de iis, quae habent principium motu et quietis per se, cujusmodi sunt impressiones; ergo etc.

« Item, sicut subjectum se habet ad subjectum, sic scient se habet ad scientiam; sed subjectum istius libri non con netur sub subjecto naturalis philosophiae, quoniam subject philosophiae naturalis est corpus mobile, subjectum autem li Metheororum est impressio, quae est non corpus; sed non c pus non continetur sub corpore; ergo etc.

« Oppositum patet per Aristotelem in isto libro, et per o nationem istius libri ad alios libros naturales.

« Ad hoc dicendum, quod naturalis est... »

Desinit: « et istae species coaequae sunt. Et per hoc p ad rationes, quomodo solvendae sunt. »

14. Tract. de frequenti celebratione pro clericis, et co nione pro laicis. Incipit: « Si quis scire desiderat, an me sit et saepius sacratissimum corporis Christi sumere sa mentum... »

Desinit: « Talibus enim hostiis promeretur Deus: hic gratiam, et in futuro per gloriam. Quod nobis concedat, est benedictus etc. »

15. Laudatorium. Incipit prima pars: « Convertere, an mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi (1). Be fecit in praeterito; bene vel melius facit in praesenti; b et optime faciet in futuro (2). Benedic ergo, anima mea, mino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus; omnes, quam, praeteritas, praesentes et futuras: et donec in pa simul intueri possis singula generum, interim in via fac q

(1) Psal. 114, v. 7.
(2) Psal. 102, v. 2.

potes. Collige igitur summatim, recogita genera singulorum. Et ecce occurrit mihi meditanti, innumerabilium beneficiorum celebris denarius, memoratione dignissimus, partim praeteritus, partim futurus, pro parte occultus et insperatus, pro parte manifestus et scitus; denarius, inquam, obligans ad amandum, erigens ad confitendum, excitans ad gratias agendum... »

Desinit: « Vita aeterna, vita mea, mihi a praedestinante volita, mihi a vocante mandata, mihi a moriente empta, mihi a praemiante gratuite collata. Gratia enim Dei vita aeterna (1). In hac vita, de hac vita, et pro hac vita, laudabo Dominum in vita, et vivam in laude; et vitae aeternae sit vox laudis, et gratiarum actio coaeterna. Amen. »

Alterius partis ejusdem Laudatorii initium: « Voce cordis et oris, in laudem summi Redemptoris... »

Desinit: « Semper vocabo te, et videbo te, regem meum in decore tuo, et honorificentia regali. Videns autem, sine termino gaudebo, absque fastidio amabo, et aeternaliter sine fatigatione collaudabo. Tunc ultra non esuriam, nec amodo sitiam, quia fonte perenni potabor, et pane vitae ac totius dulcedinis satiabor. Fruar semper tua dulcedine, nec unquam fastidire potero, dum omni tempore novam in te delectationem invenero, omne desiderium meum implebitur, cordi meo omni hora innovabitur laetitia, anima mea sine modo jucundabitur, dum te Creatorem suum sine fine contemplabitur in aeterna claritate. Ad quam claritatem, et supernorum civium civitatem Domine merear pertingere, tua opitulante gratia. Qui vivis et regnas. »

« Explicit Laudatorium Bonaventurae. »

(1) Rom. 6, v. 23.

16. Tract. de Passione Domini. Incipit : « Etsi Christus, ubique in scriptura dicatur mons etc. »

17. Tract. de quibusdam sentimentis et tentationibus spiritualibus. Incipit : « Ad honorem Dei, dicam tibi aliqua remedia contra aliquas tentationes spirituales... »

Desinit : « Debilitates quae sunt communes statui hujus vitae. et Domino adjuvante ipsa superabis. »

18. Tract. de quatuor novissimis. Incipit : « Sicut dicit Augustinus, in libro suarum meditationum... »

Desinit : « Utinam saperent et intelligerent, ac novissima providerent. »

19. Incipiunt ordinationes divini officii. « De pulsatione ad horas.

« Ad omnes horas canonicas, pulsetur campana major aliquantulum pro signo. Et facto intervallo competenti, quo fratres expeditis necessariis, commode possint sine mora convenire, eadem iterum pulsetur prolixius. Et hic modus pulsationis semper servetur; excepto quod in festis duplicibus ad vesperas et ad matutinum, tribus vicibus pulsetur prolixe, factis congruis intervallis. Et tamen, eisdem diebus, ad tertiam bis pulsetur prolixe, facto congruo intervallo; et post tertiam semel ad missam. Ad missam autem conventualem, omni die semel pulsetur prolixe competenter, parum antequam incipiatur introitus. Item in dominicis diebus et festis semiduplicibus pulsetur campana quando incipitur *Te Deum laudamus*, usque ad versum illum: *Pleni sunt coeli et terra...* »

Desinit : « In sancto Antonio legatur de legenda sua, et cantetur historia. »

20. « Constitutiones generales Ordinis Fratrum Minorum.» Incipit: « Quoniam, ut ait Sapiens (1), ubi non est sepes, diripietur possessio, necessarium est volentibus coelesti regni possessionem praeclaram, in quam per spiritum paupertatis intratur, custodire illaesam, sepem illi circumdare disciplinae... »

Desinit rubrica 12 his verbis: « Obitus domini Innocentii IV, septimo idus decembris celebratur. Et in crastino, domini Stephani Cardinalis.

« Sequuntur quaedam definitiones factae in capitulo generali Narbonae, et responsiones ad consultationes fratrum ejusdem Ordinis. »

21. « Explanatio quorumdam articulorum ex constitutionibus generalibus.» Incip. «In primis, circa illud quod dicitur in constitutionibus generalibus, quod nullus recipiatur, nisi expropriatus omnino, quaeritur, utrum hoc debeat intelligi de receptione ad Ordinem, sive ad probationem, vel de receptione ad professionem... »

22. Epistola ad moniales S. Clarae de Asisio. Incipit: « In Christo Jesu filiabus dilectis, Abbatissae dominarum pauperum de Asisio, Monasterii S. Clarae, ac ejusdem sororibus universis, frater Bonaventura Ordinis Minorum fratrum, Generalis Minister, et servus, salutem etc... Intelligens nuper, dilectae in Domino filiae, per carissimum nostrum fratrem Leonem, quondam socium sancti Patris, quomodo velut sponsae regis aeterni, servire Christo pauperi crucifixo, in omni puritate studeatis, gavisus sum in Domino vehementer... »

(1) Eccli. 36, v. 27.

23. « Epistola ejusdem (1) devotissimi Doctoris, ad quemdam nobilistam sibi dilectum. » Incipit: « Ex fonte misericordiae indeficienti, transfixo corde Domini Jesu, haurire salutem aeternam, frater in Domino Jesu praedilecte, et ex intimo cordis affectu in ipso desiderate, memor personae tuae et status tui, desideravi mittere tibi, si foret possibile, cor potius quam literas; utpote perfectius ex hoc, tibi praesenti et aperto, insinuaturus meam intentionem, quam literis valeo; sperans etiam te plus movendum, si vulnerata tui amoris corda videres quam perlegendo literas... »

Desinit: « Propter quod libenter ego, et universitas fratrum nostrorum, nosmetipsos offerimus tibi in servos pro nostro posse, ubicumque hoc videre potueris hoc perficiendi opportunitatem. Dominus autem Jesus, Deus noster omnipotens, secundum multitudinem misericordiae suae eripiat te de faucibus inferni, et illuminet cor tuum, ut videre possis clarius, et deflere anxius praeteriti temporis perditionem; conteratque satanam sub pedibus tuis velociter. Et aptans vos ad omne opus bonum, cohaeredem constituat regni patris sui coelestis, quod ipse promisit diligentibus se, ad laudem et gloriam nominis sui, quod est benedictum in saecula. Amen. »

24. « Viri Seraphici ac Doctoris devotissimi, beati Joannis Bonaventurae Albanensis Episcopi et Cardinalis, ad quamdam sanctimonialem foeminam Deo devotam, de suavissimo divini amoris sapore, epistola incipit feliciter. » « In Christo Jesu Sorori dilectissimae N., electorum infimus frater Bonaventura, gustare et videre, quam suavis est Dominus. Ut tibi scriberem aliquid de suavissimo divini amoris sapore, aliquoties me caritas tua invitavit precibus humilibus et devotis... »

Desinit: « Soli vaces Deo, spretis terrenis, excelsior terra.

(1) Id est, Joannis Bonaventurae.

ente coelis inhaerens. Quae sursum sunt quaeras, quae sur-
m sunt sapias, ut merearis gustare et videre, quam suavis
Dominus in hac vita, et satiari cum apparuerit gloria ejus,
estante sponso tuo Domino nostro Jesu Christo, qui est
us benedictus in saecula saeculorum. Amen. »

25. « EPISTOLA EJUSDEM DEVOTISSIMI DOCTORIS, BEATI JOANNIS
AVENTURAE, AD QUEMDAM SIBI DILECTUM, DE OMNIMODA SUI RESI-
TIONE SUB VOLUNTATE DIVINA, ET UNIONE ANIMAE CUM VOLUNTATE
I. » Incipit: « Gratia vobis et misericordia a fonte misericor-
te Deo patre nostro, et Domino Jesu Christo, qui tradidit
netipsum pro nobis, ut nos mundaret ab omni inquina-
nto corporis et animae, ut nos appareamus sancti et im-
aculati in conspectu patris aeterni, et omnium supernorum
ium. Cujus rei gratia, frater carissime, et cordialis amice,
mor ego professionis tuae, meae similis, cogitavi jamdu-
m tibi aliquid scribere, quo pariter fortius accendi possemus
sequendum eum, qui tam dulciter nos invitat, et tam for-
er, quam suaviter, trahere satagit ad spem supernae voca-
nis... »

Desinit: « Certus quia neque mors, neque vita, neque an-
li, neque archangeli, neque principatus, neque virtutes, ne-
e altitudo, neque profundum, neque instantia, neque futura,
que creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae
in Christo Jesu domino nostro; in quo, perdilecte frater,
to ut valeas; eique pro me devotas preces fundas, cum in
, qnae praescripsi adimplendis, unxerit te prae participi-
s oleo misericordiae suae. »

26. « EPISTOLA EJUSDEM DEVOTISSIMI DOCTORIS, AD QUEMDAM RELI-
OSUM SIBI DILECTUM, DE VIGILANTI ET INDEFESSO PROFECTU IN

SPIRITUALI VITA ADIPISCENDO, ET QUOD CUNCTA AGAT AD HONOREM DEI. » Incipit : « Transfixi cordis amore absorberi, quo dilatato corde ad propositum curras certamen, nullius impetum formidantem. Scripsisti mihi, peramantissime in Christo frater, per unum, per quem tibi rescripsi, a me petivisti, quod nequaquam potui etc. Incaluit anima mea pro te, dilecte mi, saepius cordi meo affectuosius occurrente; quo tam meo, quam tuo, quantulumcumque satisfacere possim desiderio, aliquid tibi rescribendo, quod ambo consolari valeat in Domino, vel modicum. Memor enim a Domino tibi collatae gratiae, tam in naturalibus, quam in gratuitis, qua bene utens ut fidelis et prudens servus, cumulatum uberius lucrum referre possis largitori... »

Desinit : « Cujus rei gratia, precor te, piissime, aurem accommoda et cor appone, ut cum omnium finis advenerit, te mihi carissimum, felici fine potiri gaudeam, quo jam nunc inchoata caritas in perpetuum perficiatur, ad laudem et gloriam Domini, qui est super omnia benedictus in saecula. »

27. « REGULAE, SEU MAXIMAE THEOLOGIAE FRATRIS BONAE VENTURAE ORDINIS MINORUM, CARDINALIS, EPISC. ALBANENS. » Incipit : « Omnis scientia etc. »

28. « Incipit TRACTATUS, DE QUATUOR GRADIBUS VITAE SPIRITUALIS, A FRATRE BONAE AVENTURA. Cum quadam die..... »

29. « Incipit SUMMA POENITENTIAE COMPOSITA A DOMINO BONAVENTURA CARDINALI. » Prologus incipit : « Quoniam ad remissionem « peccatorum..... Auctor istius operis sive causa efficiens, quod « idem est, fuit quidam vir religiosus et summa honestate in-

« signitus, et noluit se nominare. Alii dicunt quod fuit quidam « frater Minor qui vocabatur frater Bonaventura. »

Operis initium : « Poeniteas cito peccator, cum sit miserator... » Operis expositio: « Spes, unde : Sperate in Domino omnis congregatio populi (1)..... »

30. « Incipit QUAEDAM MEDITATIO SUPER PASSIONEM DOMINI NOSTRI, QUAM FECIT MAGISTER BONA VENTURA : Septies in die laudem dixi ibi (2). Rogasti me, ut aliquod modum contemplandi in passione Dei tui, monstrarem tibi..... »

Desinit : « et sedebis juxta, et recommendabis me sibi, amore ejusdem Domini nostri Jesu Christi. »

31. « BONAE VENTURAE VENERABILIS ET DEVOTI DOCTORIS, DE ANTIHRISTO ET EJUS MINISTRIS, AC DE EJUSDEM ADVENTUS SIGNIS, REMOTIS SCILICET ET PROPINQUIS, EX DIVERSIS SACRARUM SCRIPTURARUM TESTIMONIIS ELEGANTER COMPOSITUS, QUATUOR CONTINENS PARTICULAS, LIBER INCIPIT....» Incipit Prologus. « Quoniam quidam in tantam audaciam sunt prolapsi, ut sanctae Ecclesiae, cui in hoc saeculo nonnisi persecutiones restant, tempora pacifica cum adventu Spiritus Sancti promittant, et de medio duorum montium nobis prophetent, certium exiturum Testamentum, evangelium quoque filii Dei asserant cessaturum, sub quo, ut dogmatizant, homines simpliciter spirituales erunt... Sicut abbas Joachim in libris quos scripsit de concordia, dogmatizat contra expressam Apostoli auctoritatem dicentis (3), *novum testamentum in morte testatoris sic confirmatum, ut illi aliud non succedat.* Cum Christi Sacerdotium sit aeternum, sicut dicitur ex persona Patris in

(1) Psal. 61, v. 9: Sperate in *eo* omnis...
(2) Psal. 118, v. 164.
(3) Hebr. 9, v. 17.

Psalm. *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem M chisedech* (1)..... Quod si forsitan, quod absit, aliquid camus, qui parvae experientiae, exiguae sapientiae parvi temporis sumus, quod Scripturae sacrae aut veteris exp toribus absque dubio contradicat; illud si cognoverim nec tenere volumus et tamquam falsum reprobamus, reptorem liberum peroptantes in tanta pervagatione sec In quo stupet vir desideriorum et conqueritur, eo quod sit qui interpretetur quia *clausi signatique sunt serm usque ad praefinitum tempus* (2). Nunc arrogantiae reputet quod tam sapiens propheta ignoravit pro nostro modulo i gare. Cum et eidem Angelus dixerit (3): Pertransibunt plu et multiplex erit intelligentia, et impie, inquit, agent impii, intelligent impii, porro docti intelligent. In quo nobis A lus praemonstravit, quia per inspectionem scripturarum venient ad cognitionem illorum temporum. Et Dominus cun illis temporibus ecclesiam praemuniret, ait: *Qui legit intelli quia intelligentia opus est in visione* (4). Nec ad praemisso intelligentiam monuisset, si illorum intelligentia a fine exq non valeret. Ideo ipsum humiliter et affectuose rogamus, intellectum praebeat, qui nos illa tempora investigare mo quia per ipsum sanctae Ecclesiae multa sunt de futuris ap revelanda. quae in retroactis temporibus sub quibusdam f rarum velaminibus, sunt absconsa. Sicut dicit beatus Gregor libro IX Moral. (5): *Urgente*, inquit, *mundi fine, superna sc tia proficit, et largius cum tempore excrescit*..... Non quod t pora persecutionis ultimae, diem vel horam signare veli aut adventum Domini, qui illam persecutionem statim seq

(1) Psal. 109, v. 4.
(2) Dan. 12, v. 9.
(3) Dan. 12, v. 4 et 10.
(4) Dan. 10, v. 1.
(5) Cap. 6, num. 15.

b annorum seu dierum aliquorum curriculo terminare; cum temporibus nemo scit, quae Pater posuit et reservavit in a potestate, sicut Apostolis ipse Dominus de hoc quaerentibus, t. 1, legitur, respondisse: *Non est vestrum scire tempora vel menta quae Pater posuit in sua potestate* (1). Sed ..... »

« *Caput primum. — De persecutionibus quas Ecclesia ante genele judicium sustinebit.* — Civitas Dei per Christi Sanguinem rempta, et de potestate diaboli liberata, sancto purgata baptisate, regnumque Dei facta, quamdiu peregrinatur in terris, ntinue quatitur diversis tribulationibus et pressuris, dicente i Domino.... »

32. « Beati Joannis Bonaventurae, *viri devotissimi ac Doctoris raphici, ex generali duce et ministro Ordinis fratrum Minom Albanensis episcopi ac Romanae Ecclesiae Cardinalis, in mpendium considerationis scalarium illuminationum ab infimo supremum gradum seraphicae caritatis divinae et christianae cendentium usque ad caritatem scilicet sanctorum in patria, l, ut alias praetitulatus, in Tractatum de sublimitate et excelntia caritatis Dei gradatim ascendentis prologus feliciter incipit.*

« Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait Dominus sus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ima tua, et ex tota mente tua; hoc est maximum et primum mantum (2)... Tertio, est primum in ordine dignitatis: hic tamen tus dignissimus est, cujus dignitas agnoscitur ex tribus. Ex bjecto vel potentia, a qua egreditur: actio haec est voluntas, mma et dignissima potentia animae. Secundo ex habitu vel no potentiam informante et super se elevante: haec est chaas, quae est summum donum, quod patet, quia ab ipso mmus ordo denominatur Seraphim ardentes. Tertio ex objecto,

1) V. 7.
2) Matt. 22, v. 36, 37, 38.

quia in summum bonum dirigitur, scilicet Deum. Consider igitur pauper Christi in secreto cordis sui gradus dilectionis qua illuminatus feratur radius mentis in Deum, ad ipsum d ligendum per ascensionis gradus. Et ipsam dilectionem co sideret, ut nitentem puritate per exclusionem omnis dil ctionis alienae, solum quaerens Deum, ut diligendum; s cundum quam considerationem traditur in prima parte modu diligendi Deum amore concupiscentiae. Consideret secund ipsam dilectionem solidam integritate, ut scilicet nulla s interpositio in mente vel in ipso amore, sed feratur mens Deum, propter ipsum Deum diligendum; secundum quam co siderationem traditur in secunda parte modus diligendi Deu amore sive dilectione amicitiae. Consideret tertio ipsam dil ctionem certissimam veritate, ut semper scilicet, vere et esse tialiter augescat, et numquam decrescat: sed vere et essenti liter semper augescat secundum modum a Domino in le scripta traditum in decalogo, et in lege gratiae promulgatu ab ipso Christo in Evangelio, secundum quam considerati nem traditur in tertia parte..... Qui vult igitur habere no tiam Dei, amet: nam frustra accedit ad legendum et medita dum, ad praedicandum et ad orandum, qui non amat. Am Dei amorem animae parit, et eam intendere sibi facit. Am Deus ut ametur; et cum amat, nihil aliud vult, quam amar sciens beatos futuros, qui se amaverunt. Quare, « o anima me « insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsa « fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, dilige illum, a q « tantum diligeris (1). » Intende illi, qui intendit tibi, quae quaerentem te, ama amatorem tuum a quo amaris, cuj amore praeventa es. Qui est causa amoris tui, ipse est meritu ipse est praemium, ipse est fructus, ipse est finis. »

« *Incipit prima pars compendii considerationis graduum am*

(1) Bernard. *Medit.*, c. 3.

s *beati Joannis Bonaventurae. — Capitulum primum, de diffini-*
me et distinctione dilectionis, et de antecedentibus dilectio-
m concupiscentiae.» Incipit: « Diliges Dominum Deum tuum.
atth. 22, Beatus Paulus apostolus, caritatem, sive dilectionem,
ad Timoth. (1) definit sic: *Charitas est finis praecepti de corde*
ro, et conscientia bona, et fide non ficta. »

Desinit: « O Jesu misericordiosissime, qui venisti ignem ca-
atis in nostram hiemalem terram mittere, nihil volens nisi
arderet, fiat voluntas tua in me, extingue in me, benigne
su, extingue totaliter ignem concupiscentiae, ut caminum Ba-
lonis, te miserante, evadam. Accende in me inextinguibiliter,
auge et perfice liberaliter ignem tuae amicitiae, ut ad ca-
num Hierusalem, te operante, perveniam, ubi in amore tuo
ternaliter ardeam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate
iritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.»

33. « INVITATORIUM FRATRIS BONAVENTURAE AD AMOREM SANCTAE HU-
LITATIS ET PAUPERTATIS (2).» Incipit: « Rationalis anima, callida
rsuasione antiqui hostis ab arce virtutum in imum vitiorum
lapsa, ut nisi per sanctae humilitatis prudentiam, erigi sur-
um possit, nec de vitiorum regina superbia nobilem obtinere
iumphum. Perscrutanti itaque mihi, quomodo tam sagacis
mque victoriosae praeliatricis familiarem possem adipisci no-
tiam, ut ipsam vitiorum matrem nefandam, et sensualitatis
eae cervicosam protectricem, ipsius fultus praesidio, funditus
bellarem; cunctorum humilium regina semper propitia, qua-
or mihi invitatoria jucundo aspectu et hilari facie, occurre-
nt, enuntiantia mihi de ipsa, et allicentia, vel potius impel-
tia plurimum ad amorem ejus. Horum autem primum est

1, v. 5.
Hujus *Invitatorii* apographum mihi fecit dominus Henricus Combs, Anglus.

humanae conditionis fragilitas; secundum creaturarum uri si as; tertium speculum vitae Salvatoris; quartum utilitas fructus ipsius humilitatis.

« In primis, o homo miserabilis, fragilitatem conditionis t ante oculos tuos pone, si sanctae humilitatis salubre comm cium vis habere. Quid, inquit B. Bernardus, quid ad te miliandam, o anima mea, efficacius invenire poteris, quan te in veritate cognoveris? Dum tamen non dissimules, non in spiritu tuo dolus: nam quomodo non humiliaberis in tui cognitione, cum te perspexeris oneratam peccatis, mole jus mortalis corporis aggravatam, terrenis intricatam cu carnalium desideriorum foece infectam, coecam, curvam, firmam, implicatam multis erroribus, expositam mille peric mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus aerumnosam, clivem ad vitia, invalidam ad virtutes..... »

Desin. « Te autem jam facto Dei filio, cohaerede, ac si gloriae solio collocato, consequitur sancta humilitas potissi finem suum, qui est omnino deprimi in praesenti, ut in fu apud Dominum exaltetur, juxta sententiam Domini Salvat Quicumque humiliaverit se sicut parvulus iste, hic major in regno coelorum. Explicit. »

34. « SEQUITUR QUIDAM TRACTATULUS (1) A DOMINO BONAVEN DE MYSTERIO SANCTAE CRUCIS, ET REDEMPTIONE DOMINI NOSTRI JESU C STI. » Incipit: « Ut aliquatenus possis comprehendere cum omn sanctis, quae sit longitudo, latitudo, sublimitas, et profun mysterii Crucis et dominicae passionis, et nosse quam bon et quam jucundum sit legere et meditari Jesum, et hunc cifixum, quod est edere de ligno vitae, et gustare Dei ver

(1) Hunc *tractatulum* transcripsit, me praesente, p. Lucas Carey, Hibernus, O. S. Fr. bibliothecas Angliae perlustrantem comitatus est.

manna absconditum, quae multum conferunt ad habendum evotionem in Communione, et consolationem in tribulatione; atue tibi speculos, et pone tibi amaritudines (1) et dirige cor tum in viam Domini rectam, et contemplare imaginem Crucis, ibi diligenter agnosce vultum Creatoris et Redemptoris tui. respice in faciem Christi tui (2), et toto cordis ac corporis tuitu, toto intellectu et affectu, sic attende illam imaginem, si Christum in cruce praesentialiter videris. Et cogita in orde tuo: Cujus est imago haec, et superscriptio? quia Deus se et homo est. »

Desin. « Qui non ex contemptibilibus auro et argento re-emptus es, sed pretioso sanguine agni immaculati, ideo dicit ominus, ut caput veri agni nostri cum pedibus et intestina oremus (3) cum herbis amaris. Ut scilicet cum devotione et maritudine cogitemus principium, medium et finem ejus. Et ihil dimittamus de bonis, quae nobis tribuit, et de malis, quae ro nobis substinuit. Amen.»

« Explicit parvulus tractatus de mysterio sanctae Crucis, et edemptione Salvatoris nostri Jesu Christi, a Domino Bonaventura Cardinali. »

35. « SEQUUNTUR DECEM GRADUS PERFECTAE HUMILITATIS, EDITI A S. BONAVENTURA. » Incip. « Non est dubium, quod si quis bene suos efectus et malitiam recognosceret, quod ipse vix posset pati ipsum.... Possumus tamen humilitatis perfectae (virtutem), per iam homo venit ad suorum notitiam peccatorum, distinguere decem gradus, in hunc modum. Primus igitur est, ut tantum reputet miserum, ut videatur sibi de plano, quod in omnibus

(1) Jerem. 31, v. 21.
(2) Psal. 83, v. 10.
(3) Exod. 12, v. 9.

deficiat, et quod omnia bona quae sibi Dominus benigne tribu ipse suis demeritis inficiat quantum in ipso est; et sic etiam omnibus operibus suis bonis et meritoriis, quantum in se potius demereri credat quam mereri; et sic de omnibus n sibi attribuat, nisi malum et peccatum.... »

36. « Incipiunt meditationes Bonaventurae. « Anima Dei i gnita imagine, Salvatoris pio cruore redempta, creaturis ce singulari dignitate praerogata, considera, quaeso, diligenter c ditionem tuam, ut ad quae creata sis attendas. Ubi nunc c stituta sis, quibus et quantis miseriis demersa sis. Ecce laudandum, colendum, et amandum creatorem tuum condita ut in praesenti vita merearis conversatione pia.... »

Desin. « Clamans ergo cum sponsa, sanctorum animas ac rare non cesses: *Filiae Jerusalem nuntiate dilecto, quia am langueo* (1). »

« Expliciunt Meditationes Bonaventurae. Incipit tracta ejusdem de Contemplatione. »

37. « Incipit devota oratio venerabilis Bonaventurae ad Tri tatem. « In fide summae et individuae Trinitatis, obsecro ine bilem clementiam tuam, Domine sancte, pater optime, aeter Deus, per unigenitum filium tuum Dominum nostrum Jesu Christum, per sanctissimam ejus mortem, et pia vulnera ej e quibus emanavit ille sanguis pretiosus quo redempti sum Inclina aures tuae pietatis indignis supplicationibus meis, intercedente gloriosa Virgine Maria cum beatis omnibus coel stibus spiritibus, et omnibus electis tuis, concede mihi mise effectum meae petitionis, sicut scis et vis... »

(1) Cant. 5, v. 8.

Desinit: « propter pietatem tuam suscipe preces meas, et da ihi effectum petitionis et desiderii mei, intercedente et impe-ante gloriosa Virgine Maria, cum omnibus sanctis. Amen. »

38. « De proprietate amoris secundum Bonaventuram. »
Incipit : « O amor ardens caritas,
« Et summa cordis bonitas. »

Desinit: « Cum videbit sponsum plene
« Quantus sit in gloria,
« Det nobis Deus gaudium
« Amoris in perpetuum
« In coelesti patria. Amen. »

39. « Symbolum magistri et domini Bonae venturae. » Incipit: *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Eccl. 4. Funiculus iste quo ahitur a terra ad coelestia, est fides, spes, caritas, de quibus it principaliter praedicandum. De fide autem quatuor per se aerenda sunt. Et primo de ejus indigentia, secundo de ejus icacia, tertio de ejus permane. tia, quarto de ejus sufficientia. im primum, scilicet ejus indigentia, ostenditur quantum ad uatuor ad ipsam fidem necessaria. Primo est inchoatio atrimonii spiritualis, secundum. est illuminatio virtutis intel-ctualis, tertium est perfectio desiderii naturalis, quartum est rectio affectus rationalis. Nam per fidem facit anima rationalis christiana quasi quoddam matrimonium cum Deo. Osee 2: ponsabo te mihi in fide. Et verum est quod, quando homo aptizatus confitetur fidem cum dicitur: Credis in Deum? etc. am sicut dicitur in Evang. Marci 16, 16: Qui crediderit et ba-izatus fuerit, salvus erit. Unde nullum bonum opus acceptat

Deus, sine fide, juxta illud Hebr. 11 : Sine fide impossibile est placere Deo. Ipsa enim fides est anulus aureus et argenteus positus in digito sponsae, ut anima hac fide noscatur esse sponsa Christi.

« Secundo est illuminatio virtutis intellectualis. Nam intellectus non potest ad ea attingere quae sunt supra naturam, nisi per fidem; propter quod dicit Apostolus, Hebr. 11: Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Et Augustinus ait: Fides est credere quae non videntur. Et ideo diabolus studet hanc fidem evellere a cordibus fidelium, ne videant quo ducantur. Unde dixit quidam senex in vitis Patrum: Quando operiuntur oculi animalis, tunc circuit ad molendinum, alioquin non ambulat in circuitu molae. Sic diabolus si operuerit oculos mentis, in omne peccatum humiliat hominem, juxta illud quod habetur, Judic. 16, ubi dicitur, quod Sanson, erutis oculis, ad molem circuivit. Propter quod dicitur, 1° Reg. 11: In hoc feriam vobiscum foedus, ut eruam omnium vestrum dextros oculos. Cujus intentio erat, quod dextris oculis erutis, cum sinistro operirentur scuto, inutiles fierent ad pugnam.

« Tertio est perfectio desiderii naturalis. Nam sicut dicit Sapiens in principio primae Philosophiae: Omnes homines natura scire desiderant; sed homo non potest per studium pervenire ad horum scientiam, quae fides docet. Ipsa enim docet, quod unus est Deus, qui est remunerator bonorum, et punitor malorum, et quod est alia vita in qua nulla est poena vel indigentia; in quibus satis allicitur ad bonum, et ut vitemus mala. Propter quod dicitur, Habacuc 2 : Justus ex fide vivit. De his enim nullus philosophorum ante adventum Christi, cum toto conatu suo potuit tantum scire, quantum post adventum Christi scivit una vetula: et ideo dicitur (1): *Repleta est terra scientia Dei.* Et sic erat prius imperfectio intellectus nostri, qui

(1) Isai. 11, v. 9.

ea quae sunt manifestissima in natura, non potest inspicere, sicut nec oculus noctuae lucem solis, ut habetur 4 Metaph. Aliud signum est quod nullus philosophorum potuit invenire nec investigare naturam unius minimae creaturae. Unde legitur, quod fuerit quidam philosophus triginta annis in solitudine, ut cognosceret naturam apis.

« Quarto est directio affectus rationalis. Affectus enim hominis non redit in bonum nisi cognitum; bonum autem cognoscitur per fidem, quae illuminat intellectum, et dirigit affectum, et respicere facit ipsum Deum. Hujus exemplum habemus in aquila. Legitur enim quod natura aquilae est, pullos suos dirigere versum solem; et illos qui irriverberatis oculis respiciunt rotam solis, nutrit ut proprios; illos vero qui respicere non possunt, abjicit tamquam adulteros. Et secundum hunc modum illi sunt veri filii Dei, qui per fidem ipsum in claritate respiciunt; illi vero qui eum respicere non possunt, ab ipso abjiciuntur. Et sic patet ejus indigentia. . . . . »

Et in Jesum Christum... Secundum est magisterium eruditionis : ibi, *in Christum*. Christus interpretatur Unctus. Unctio autem ejus docet nos de omnibus, sicut dicit Joannes (1). Docet autem nos omnia, quae sunt ad nostram salutem necessaria; et hoc quia contra quamlibet infirmitatem docet medicinam salubrem. Sunt autem in nobis tres infirmitates spirituales, videlicet culpa originalis, mortalis, et venialis, ex quibus infirmitatibus relinquuntur in nobis quatuor mali humores, scilicet debilitas, malitia, concupiscentia et ignorantia. Contra culpam originalem, docet baptismum; contra mortalem, poenitentiam; contra venialem, extremam unctionem; contra debilitatem, confirmationem; contra malitiam, eucharistiam; contra concupiscentiam, matrimonium; contra ignorantiam, ordinem sacrum. Et sic patet secundum. Sequitur tertium, scilicet, privilegium dilectionis... »

(1) 1, 2, 27.

Desinit : « Unde etiam secundum sententias philosophorum, animae quae in hac vita per justitiam Deum colunt, ad sidereas sedes transferuntur etc. Rogemus Dominum nostrum Jesum Christum.»

40. Symbolica theologia (1). « Sacrorum enim eloquiorum continentia universalis ad hoc ordinata est, ut ad Dei ac divinarum cognitionum adducat. Licet enim ea quae sacra eloquia historice narrant, maxime quoad infideles et rebelles populos, gesta sint secundum motus propriarum voluntatum, ea tamen scripta sunt secundum divini spiritus instinctum. In cognitionem ergo essentiae creatricis, quia est, ducunt creata, sive cognitione quadam remota et confusa velut umbra, quemadmodum omnis factura factorem suum clamat, cum nihil seipsum fecerit ut sit. Sive cognitione magis distincta, velut vestigia; omnia enim praedicant Dei potentiam in quantum magna et multa, Dei sapientiam in quantum pulchra et ordinata, Dei bonitatem in quantum utilis et bona. Sive cognitione magis distincta et quasi proxima, quemadmodum praedicat Deum rationalis creatura ad imaginem Dei facta. Igitur cuncta creata ducunt tamquam viae primae, semitae et portae, in cognitionem Dei.....»

« Quomodo in natura creata potest considerari ratio signi, vel ex natura, vel ex institutione.»

« In omni natura creata potest considerari ratio signi, vel naturaliter, vel secundum institutionem. Naturaliter quidem significantia indocti non percipiunt, sed potius perturbantur in eis, juxta illud Psalmistae : Turbabuntur gentes quae habitant ter-

(1) Opusculum, quamvis mutilum, valde fusum ; ex quo excerpta quinque exhibeo.

minos a signis tuis. Gentes significant rudes et carnales intellectus, quasi genitae tales, pro eo quod ad nihil amplius supra sensibilia se extendunt. Isti tales procul dubio in mysticis rerum significationibus perturbantur, non advertentes quod omnia habent naturaliter significare ratione originis et causalitatis, ratione mutationis et exemplaritatis, ratione inclinationis et finalitatis. Deus namque creavit omnia a se, secundum se et propter se. Omnia creavit a se tamquam causa originalis, omnia creavit secundum se tamquam causa exemplaris, omnia creavit propter se tamquam causa finalis, ad quam cuncta habent inclinari. Ut causa originalis dat omnibus suum modum, ut causa exemplaris dat omnibus suam speciem, ut causa finalis dat omnibus suum ordinem. Ista vero tria, scilicet modus, species et ordo, sic sunt in rebus, quod corruptio et deordinatio eorum est peccatum. Et quia nihil ita corrumpitur quin remaneat aliquis modus, species et ordo, ideo omnia suum factorem praedicant, et significant naturaliter. »

« Quod laudes B. Virginis non possunt digne exprimi historice, quia exprimuntur allegorice et mystice per omnium rerum creatarum laudes. »

« Igitur Virginis matris Dei laudes et praeconia per symbola investigare tentantibus, hic attendendum est, quod tanta dignitas, quia non est explicabilis alicui creaturae, nulla scriptura potuit aperiri. Unde Apostoli et Evangelistae ea quae de ipsa sunt transierunt, magis eam digne silentio venerantes. Sed quia mater est regis et creatoris omnium, ipse rex in ea natus, sicut omnem ei seraphicavit creaturam, ita et per creaturarum omnium nobilitates et excellentias, quas Scriptura sacra tota proponit, voluit ejus laudes tam symbolice quam proprie praedicari. Et quod plus est, suas dignitates et laudes ei communicat, quantum fas est ipsa Sapientia increata et in suo utero in-

carnata. Et ideo Sapiens ejus inexplicabiles laudes admirans, in persona fortis mulieris dicit, Prov. (1): Mulierem fortem quis inveniet? scilicet ad explicandas ejus laudes, quasi dicat, nullus. Sed post ait: Procul et de ultimis finibus pretium ejus, pretium scilicet suarum laudum. De ultimis finibus, quia a summa creatrice sapientia usque ad ultimam creaturam, recolliguntur ejus praeconia. Et ideo licet multae filiae congregaverint divitias, tu supergressa es universas. »

« Quod B. Virgini conveniunt omnium coelestium spirituum proprietates. »

« Accipi ergo possunt Dominae nostrae symbola ea quae dicuntur de creatura. Nam si angelorum aliqui dicuntur assistentes, aliqui ministrantes, multo magis Dei Mater, Deo filio suo astitrix extitit et ministra, quae perfecta fuit tam in activa, quam in contemplativa vita. Propter quod attribuitur ei illud Evangelii (Luc. x, 38): Intravit Jesus in quoddam castellum, in quo agitur de ministerio Marthae, et contemplatione Mariae. Iterum si Angelis attribuuntur simplicitas essentiae, discretio personalis, perspicacitas intelligentiae, et libertas arbitrii; ut per simplicitatem essentiae sint virtuosi; per discretionem personalem sint ad ministerium apti, per intelligentiae perspicacitatem sint in cognitione et contemplatione elevati, et per libertatem arbitrii sint in bono stabiles post electionem et firmi; cui haec ita bene conveniunt, sicut huic Beatissimae Virgini? Ipsa est enim illa mulier fortis de qua supra Proverb.: Mulierem fortem quis inveniet? Cujus pretium de ultimis finibus, quia extimari habet ex suo fructu, qui est Deus et homo, creator et creatura, primus et novissimus, alpha et omega. Ipsa sic personaliter et singulariter discreta, quod sola meruit carnis

(1) Cap. 31, v. 10.

Salvatoris esse mater et ministra; quae ipsum Redemptorem suscepit in utero, reclinavit praesepio, lacte aluit, et studio educavit. Ipsa etiam fuit sapientiae divinae sacrarium, quae in corde suo omnia dicta et facta Domini filii sui conservavit. Ipsa denique tanta fuit praedita libertate, ut post primam sanctificationem in utero, munda fuerit ab omni labe peccati: post secundam sanctificationem in conceptione filii non solum non peccavit, sed peccare non potuit, non quin haberet potentiam qua peccatur, sed quia eam habuit in bono inviolabiliter confirmatam, cujus fundamenta fuerunt in montibus sanctis. In prima sanctificatione dicitur fomes in ipsa fuisse sopitus, in secunda penitus extinctus. Per primam potens fuit ad declinandum omne peccatum, per secundam fuit impotens facta ad peccandum. In prima similitudinem habuit cum aliis sanctificatis, ut Jeremia et Joanne Baptista; in secunda similitudinem obtinuit cum filio suo. Propter quod anima ejus sancta, perfecta, hierarchizata, impleta omni rectitudine christianae devotionis secundum uniuscujusque devotionem, exercet omnes actus hierarchicos, qui sunt purgare, illuminare, perficere. Nam ipsa, Maria est dicta, quod est amarum mare purgando, ipsa illuminatrix et stella maris illuminando, ipsa Domina perficiendo et sanctificando. »

« De figuris matrimonii. »

« Potest tamen accipi pro matrimonialis copulae significatione omnis conjunctio, cujus principium est amor, sive sit amor vel appetitus naturalis, sive animalis, sive rationalis. Per appetitum naturale est in qualibet re creata conjunctio materiae et formae. Materia enim formam ad perfectionem sui naturaliter appetit, et quantum ad hoc omnis primordialis institutio creaturae potuit figuram habere matrimonii, quando dixit Deus, et facta sunt, mandavit et creata sunt. Ipsa quoque unio humani

corporis cum spiraculo, per quod factus est homo in animam viventem, potuit matrimonialem copulam figurare.

« Per animalem quoque amorem sive appetitum, est inclinatio cujuslibet creaturae sensibilis ad sui speciei conservationem; propter quod in utroque sexu creatae sunt, et in diluvio bina et bina in arca servatae sunt. In hoc ergo praefigurabatur hominum copula conjugalis.

« Per amorem autem rationalem est in hominibus copula amicitiae et societatis, quae, quantum est de se, ad indissolubilitatem tendit. Eccli (1): Omnis amicus dicet, et ego amicitiam copulavi. Et Eccli. (2). Omne animal diligit sibi simile, sic omnis homo proximum sibi, omnis caro ad similem sibi conjungetur, et omnis homo sibi simili sociabitur. Hujusmodi ergo amor bene significat copulam foederis conjugalis.

« Ipsum quoque matrimonium figura est copulae spiritualis, quae est inter Deum et animam per gratiam, de qua Osee (3): Et sponsabo te mihi in fide. Et Apost. 1 Corinth. (4): Qui adhaeret Deo, unus spiritus est. Item significat eam copulam dignissimam filii Dei cum humana natura in thalamo uteri virginalis, de qua parabolice Dominus loquitur, Matth. (5): Simile est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Gregor. (6): Tunc Deus Pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in utero Virginis humanae naturae conjunxit, et Deum ante saecula fieri voluit hominem in fine saeculorum. Item significat copulam Christi et Ecclesiae, de qua Apocal. (7): Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de coelo a Deo etc. Descendisse de coelo dicitur, vel quia descendente Dei filio per

(1) Cap. 37, v. 1.
(2) Cap. 13, v. 19, 20.
(3) Cap. 2, v. 20.
(4) Cap. 6, v. 17.
(5) Cap. 22, v. 2.
(6) Hom. in Evang. 38.
(7) Cap. 21. v. 2.

ımanae naturae assumptionem, ipse sibi eam copulavit, vel ıia Ecclesia praesens quantum potest illam coelestem patriam ıitatur. Item significat illam beatam copulam Dei et ecclesiae .umphantis per gloriam, de qua Apocal. (1): Beati qui ad coeım nuptiarum Agni sunt vocati. Et iterum Apocal. (2): Et ıonsus et sponsa dicunt, veni, quia illa coelestis curia hanc aesentem ecclesiam ferventissimis desideriis ad seipsam cum ıristo Deo sponso semper invitat.

« Ad has nuptias, et ad hanc copulam cognoscendam, amanım, et promerendam, omnia quae in hoc libello continentur ripta sunt, saltem ex intentione scribentis. Quae quia multum ɜfective et exiliter investigata sunt, superaddet quaecumque ɜus abundanti perfuderit, et defectibus scripti et scriptoris veiam tribuat, ut et ipse apud Deum veniam consequatur. De ɔncessis vero, si quid dignum et utile fratribus continet, lauetur ipse Deus omnium bonorum largitor, qui in Trinitate perɔcta vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen. »

« Explicit liber introductorius ad figurativas locutiones diviarum scripturarum, qui appellatur Symbolica Theologia Bonaenturae Cardinalis. »

41. Sermones mss. saecul. xiv exeunt., quos codex membrac. binis col. exaratus, folior. 237, complectitur. Incipi. fol. 6 l. 1: « *Dominus judex noster, Dominus legifer noster, Dominus x noster, ipse veniet et salvabit nos.* Isa. 33 (3): In verbis prositis duo principaliter ostenduntur. Primum est filii (Dei) diitas, et quantum ad hoc dicitur, *judex noster:* secundum est ɜius in mundum advenientis humilitas, ideo subditur, *ipse ıiet et salvabit nos.* Dignitas Christi tripliciter describitur:

1 Cap. 19, v. 9.
Cap. 22, v. 17. Vulg. Et *spiritus* et sponsa.
V. 22.

Primo a judiciaria auctoritate; propter hoc dicitur : *Dominus judex noster*. Secundo a sapientiae profunditate, ideo additur : *Dominus legifer noster*. Tertio a regali potestate, ibi : *Dominus rex noster*. Haec autem omnia habet filius Dei in adventu ad judicium... Item filii Dei humilitas tripliciter declaratur. Primo in sua incarnatione, propter quod dicitur : *ipse venit*, scilicet carnem assumendo... secundo in sua passione... tertio in nostra utilitate. . . »

Desinit fol. 121. Dein ab eadem manu: « Explicit summa super sermonibus dierum dominicalium festivalium totius anni compilata per fratrem Bonae fortunae (*sic*). »

42. « Tractatus de vita et passione Christi, compositus a beato Bonaventura. » Incipit : « Desere jam anima lectulum soporis.

Desinit: « Pia nobis jugiter mater miserere. Amen. »

43. « Brevis et valida meditatio de beneficiis Dei, Bonaventurae. » Incip. « Non parvum aestimo beneficium. » Desin. « Ipse Deus et homo non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem esse. »

44. « Incipit liber Bonaventurae de imitatione Christi, et contemptu omnium vanitatum mundi. » Ita a prima manu. Opus vero immediate incipit: « *Qui sequitur me*... Haec sunt verba Christi... » Desin. « tantum proficies quanto tibi ipsi vim intuleris. » Nemini nem latet sic exordiri et desinere jam toties impressum librum primum de Imitatione Christi. Codex in quo Bonaventurae adscribitur, olim erat, ut ejusdem fol. 1 legitur, *Conventus Crociferorum Hey*.

45. « Ethimologizatio hujus nominis, JESUS, edita a fratre Bonaventura. » Incip. « *Oleum effusum nomen tuum*. Nomen Dei est Christus Jesus. Nomen enim dicitur quasi notamen..... »

46. « Beati Joannis Bonaventurae doctoris devotissimi, Albanensis Episcopi et Cardinalis, tractatus qui soliloquium compassionis, ab aliis manuale humanae salvationis praetitulatur. » Incip. « Jesum Nazarenum a Judaeis innocenter condemnatum, a gentibus crucifixum, nos qui Christi sumus, reverenter divinis celebremus officiis et obsequiis..... »

47. « Incipit liber domini Bonaventurae de pietate. » In alio codice praenotatur *libellus de contemplatione*. Utrobique in sex capita tribuitur, quorum initia haec sunt: 1. « Notandum quod sex sunt potentiae animae quas plantavit in nobis natura ad cognoscendum Deum, sed culpa depravat, gratia reformat, justitia purgat, intelligentia exercet et sapientia perficit... » 2. « Sciendum quod speculatio rerum sensibilium, ut veraciter ducat in Deum fieri debet et fundari in pietate, sine qua speculatio hujusmodi intellectum potest elevare in Deum, sed non movere affectum... » 3. « Sciendum est autem, quod est pietas exemplaris et pietas exemplata. Exemplaris duplex est, scilicet creata et increata: increata est in Patre et Filio et Spiritu Sancto; haec consistit in tribus; in suscipiendo ad gratiam, in relaxando offensam, in perducendo ad gloriam... » 4. « Sicut tactum est supra, consideratio per speculum est quando ex consideratione rerum sensibilium..... » 5. « His praeintellectis, est venire in cognitionem Dei in speculo cujuslibet creaturae... » 6. « Notandum est autem, quod sicut prima consideratio... »

Desinit: « Et ipsum cognitum perfecte amare sicut virtu-

tem, sine qua nihil potest esse, cui est honor et gloria saecula saeculorum. Amen. »

48. « TRACT. BEATI BONAVENTURAE DE RELIGIONE, ET TRIBUS VO IPSAM CONCERNENTIBUS. » Incipit: « De congregatione sive religio notanda sunt principaliter tria, scilicet typum cui comparatu ortum unde derivatur, votum quo ligatur..... »

Desinit: « Unde dicit Gregorius, quod non est opus bonu sine castitate (1). »

49. « BONAVENTURAE OPUSCULUM DE OFFICIO MISSAE. » Incipit « Ad honorem Dei principaliter, tuique, frater carissime, ad sa lutem desiderium tuum aliquamdiu dilatum nunc executurus... »

Desinit: « atque divinam majestatem devotius exorandi. »

50. Sub hoc numero sermones alios recenseo, quos in parte secunda hujus opusculi minime indicavi, nomen Bonaventurae vel Bonafortunae vel Eustachii in mss. sermonum collationibus praeferentes. Sermones tres a Bonaventura habito feria quinta, sexta et sabato majoris hebdomadae edidit clarissimus vir presbyter Antonius Uccelli ad normam codicis mss Victorini 945, modo mss. lat. 15034: eidemque hanc ob rem gratias agimus quamplurimas, uti etiam perillustri viro A. Leco de la Marche, qui eosdem indicaverat sermones in opere su quod inscribitur: *La Chaire Française au moyen age, spécialement au* XIII *siècle.* Codices alios ego inveni, ad ipsos sermones castigandos perquam idoneos, ex quibus unus ita inscribitur a manu prima: *Sermo Bonaventurae anno millesimo ducentesimo sexagesimo septimo.* Laudatus Uccelli in luce

(1) Homil. in Evang. 13, n. 1.

it tres alios anecdotos sermones Bonaventurae inscriptos, licet de omnibus Sanctis, de Angelis ac de S. Francisco. no de Angelis ita exorditur: « *Angelis suis Deus mandavit e ut custodiant te in omnibus viis suis* (1). *Labia sacer- ; custodiunt scientiam* (2). Ostenditur nobis in hoc se- lo verbo . . . . . excellentia supernorum spirituum quantum duo: primo quantum ad charismata gratiarum, secundo ntum ad exercitia meritorum. Primum tangitur cum dicitur, *elis suis mandavit de te:* secundum cum dicitur, *ut cu- iant te etc.* »] Sermonis de omnibus Sanctis initium et di-) his] habentur: *Ego Joannes vidi civitatem sanctam Je- ılem novam descendentem de coelo a Deo paratam sicut ısam ornatam viro suo.* Apoc. 21, 2. *Sapientia aedificavit domum* (3). In verbo isto ultimo describitur praedicatoris ium... *Ego Joannes etc.* In verbis istis describitur materia mnitatis omnium sanctorum] sub metaphora civitatis a Deo endentis et ad Deum tendentis, sive revertentis... » Hujus e- n sermonis alia exemplа mss. detexi, eumdemque ab eodem ice ex quo Uccelli descripserat, et laudatus Lecoy conti- i indicavit. Hi igitur sermones editi sunt. Anecdoti vero t qui sequuntur, videlicet:

a) « Sermo in prima dominica Adventus a fratre Eustachio re minore, factus apud Minores. » Incipit: « *Hora est jam nos somno surgere, nunc autem propior est nostra salus, quam credidimus.* Apost. Rom. 13 (4)... In verbo autem isto duo ntur, quorum unum pertinet ad nostram informationem, i dicit: *Fratres hora est etc.* Aliud vero ad consolationem ram, quod notatur cum dicitur, quia *propior est nostra s.* »

(1) Psal. 90, v. 11.
(2) Malach. 2, v. 7.
(3) Prov. 9, v. 1.
(4) V. 11

b) « Sermo in quarta dominica adventus, fratris Bonaven
rae. » Incip. « *Medium vestrum stetit quem vos nescitis, ipse
qui post me venturus est, cujus non sum dignus solvere cal
menti corrigiam* (1). *Ego vox clamantis in deserto* (2). Utrum
verbum sumptum est in Evangelio hodierno, quod hodie r
tatur in Ecclesia, et sunt verba beati Joannis. Primum est
verbo incarnato, scilicet de Christo; secundum est de voce ip
verbi. Et praemittitur secundum verbum ante primum, quia
manifestat ipsum verbum; vox enim signum est intentionis
tellectus, sive conceptus mentalis, quia voces sunt notae i
rum passionum quae sunt in anima, ut dicit Philosophus. U
sunt signa earum quae sunt in anima, maxime per modum
ceptus; unde dicit ille peritus in arte grammaticae (3), q
omnis pars orationis signat mentis conceptus. Ita beatus Jo
nes signum fuit Christi. Et sicut signum se offert sensui,
aliud facit in cognitionem venire, et signum se offert sig
totum, ita praedicatio debet habere totaliter oculum suum
imprimatur in cordibus audientium. Et sicut tota dictio sig
non ejus pars, quia syllaba vel litera per se nihil signat,
qui veritatem debet praedicare, ex se toto debet eam pra
care, in sua locutione, in desiderio mentali, et in sua exter
conversatione; idest, quantum ad suam intentionem, n
quaerat, quantum ad considerationem nihil desideret, quan
ad locutionem nihil exprimat, et in sua conversatione nihi
stendat, nisi illud solum quod ad laudem Dei pertinet: s
beatus Joannes fecit in sua conversatione, in sua doctrina
suo baptismo et in sua passione, semper ostendit quod nu
Christi fuit. Ego inquit, sum vox clamantis in deserto.
non sic talis, sicut ipse fuit, non sum dignus praedicare.
dium vestrum stetit, quem vos nescitis. Verba ista sunt Joa

(1) " Medius autem stetit... venturus est, qui ante me factus est; cujus non sum dig
solvam ejus corrigiam calceamenti.„ Joan. 1, v. 26, 27.

(2) Joan. 1, 23.

(3) Aristot. *De interp.*, lib. 1, c. 1.

Baptistae ut primo proponenti, et sunt in Joanne Evangelista, ut recitantis, et in isto verbo utrumque nobis explicat mysterium Incarnationis, ut sublime, ut profundum, et ut admirabile... »

c) « Collatio. »— Incip. « *In medio Ecclesiae aperuit os suum, et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus* (1). Verba ista sunt in Ecclesiastico. Secundum literae exteriorem superficiem videtur inordinate loqui, quia videtur quod prius deberet impleri spiritu sapientiae, quam aperire os suum; videtur durum, quod primo debet homo aperire os, quam impleri sapientia, unde dicit Jeremias (2): A, A, Domine, quia nescio loqui. Sed quomodo implevit eum Dominus spiritu sapientiae? Dicit Gregorius qui fuit doctor veritatis, quod multa fuerunt, quae secum non intellexit, sed quando erat coram fratribus suis, tunc bene intellexit. Multa dantur praedicatori propter audientes et devotionem audientium, et excitatur praedicator, ut meliora dicat, quam cogitavit. Unde super illud Ezechielis (3): Linguam adhaerere faciam palato tuo, quia domus exasperans est, dicit Glossa, quod propter demerita auditorum, aufertur aliquando praedicatori gratia praedicationis: ergo propter merita auditorum confertur ei gratia, sicut panes quandoque multiplicavit Dominus propter devotionem assistentium. Ergo in principio rogabimus Dominum etc.

« *Medium vestrum stetit*... Dicebam quod beatus Joannes mysterium Incarnationis volebat laudare; ad hoc enim in mundum venit, et nos omnes ad hoc facti sumus, ut laudemus mysterium Incarnationis dominicae in verbis istis ut admirabile, ut sublime, ut profundum. Ut admirabile propter admirabilem assumentis dignationem; ut sublime propter admirabilem assumpti cel-

(1) " In medio Ecclesiae aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapientiae et intellectus. „ Eccli. 15, v.

(2) A, A, A, Domine, ecce nescio loqui. Jerem. 1, v. 5.

(3) 3, v. 26, 27.

situdinem; ut profundum propter admirabilem assumentis assumpti copulationem... Restat (1) modo videre de assum celsitudine, quae notatur cum dicit, *qui post me venit, a me factus est.* »

d) « Sermo Eustachii, dominica prima infra octavam Na vitatis Domini. » — Incip. « *Ubi venit plenitudo temporis, mi Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut qui sub lege erant redimeret etc.* (2)... In ista missione t notantur: mittentis auctoritas: *Misit Deus Filium suum et* secundo venientis humilitas: *factum ex muliere, factum s lege;* tertio missionis utilitas: *ut eos qui sub lege erant re meret.* Propter ista tria iste nuncius Dei Filius est venerandu diligendus, serviendus. Venerandus, inquam, ex auctoritat diligendus ex humilitate, serviendus ex nostra multiplici u litate. »

e) « Bona-aventurae, in die Epiphaniae. » — Incip. « *Intran domum etc.* Matth. II, 11. In istis verbis explicatur mate praesentis solemnitatis, quae fuit manifestatio Christi popu gentium in persona Magorum. Et hujusmodi superna app ritio inchoata fuit in apparitione signi, et consummata in a paritione signati. Describitur autem ista inventio sub trip latione; primo ut familiariter exhibita, secundo ut reverent riter suscepta, tertio ut mysterialiter celebrata. Primum i *Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ej* Secundum ibi: *et procidentes adoraverunt eum.* Tertium i *et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, th et myrrham.* »

f) « Sermo Bonventurae in festo Epiphaniae. » — Incip. « *est, qui natus est rex Judaeorum? Vidimus stellam ejus oriente, et venimus adorare Dominum* (3). Sapientia ubi in

(1) Hic incipit tertia pars Sermonis.
(2) Galat. 4, v. 24.
(3) Matth. 2, v. 2... adorare *eum*.

nitur, et quis est locus intelligentiae (1)? Quaestio secundo proposita est in Job, et est una quaestio, quae omnes tangit, tamen specialiter qui vacant studio sapientiae..... Explicatur nobis fides Magorum ut simus imitatores eorum, sed quia habitus cognoscuntur per actus, ideo notandum, quod fides Magorum explicatur hic quantum ad triplicem actum, scilicet quantum ad actum intrinsecum, quantum ad actum praeambulum, quantum ad actum subsequentem.... »

g) « Sermo magistri Eustachii fratris minoris, in dominica infra octavas Epiphaniae Domini. » — Incip. « *Dolentes quaerebamus te* (2)... Generaliter loquendo debet homo sentire quadruplicem dolorem, capitis, corporis, cordis, resolutionis. Primus dolor potest dici dolor compunctionis, secundus dolor compassionis, tertius dolor contritionis, quartus dolor separationis a corpore seu mortis.... »

h) « Sermo Bonaventurae, dominica secunda post Pascha. » — Incip. « *Tradebat judicanti se injuste etc.* (3). » Thematis divisio. « Duo tanguntur in his verbis; primo iniquitas Pilati judicis, Christum injuste judicantis; secundo immensa benignitas Christi patientis.... »

i) « Sermo Bonaventurae, dominica prima post Trinitatem. » — Incip. « *Fili, recordare, quod recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala* (4).» Divisio sermonis est haec: « Temporalis prosperitas, brevis adversitas, felix jucunditas, aeterna calamitas. »

j) « Sermo Bonaventurae, dominica secunda post octavam Trinitatis.» — Incip. «*Homo quidam fecit coenam magnam etc.*(5).» Partes hujus sermonis sunt: « Coenae praeparatio, convivorum vocatio, vocatorum excusatio, aliorum introductio. »

(1) Job. 28, v. 12.
(2) Luc. 1, v. 48.
(3) 1 Pet. 2, v. 23.
(4) Luc. 16, v. 26.
(5) Luc. 14, v. 16.

l) « Sermo magistri Bonaventurae, dominica quarta. » — Incipit: « *Estote misericordes sicut Pater vester misericors est* (1). » Divisio: « Ad opera misericordiae invitat, exempla misericordiae insinuat. »

m) « Sermo magistri Eustachii, fratris minoris, dominica octava. » — Incip. « *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum coelorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in coelis est* (2)..... In verbis propositis tangitur triplex bonum, scilicet bonum deficiens, bonum sufficiens, bonum perficiens. »

n) « Sermo magistri Eustachii, fratris minoris, dominica decima. » — Incip. « *Domus mea, domus orationis vocabitur* (3)... Et determinat duo in verbis istis: primo cujus haec sit domus... Secundo notat abusum dispensatorum.... »

o) « Sermo defuncti Eustachii, minoris, dominica undecima. » — Incipit: « *Descendit hic justificatus in domum suam* (4)... Commendatur publicanus a tribus: primo ex recta ordinatione ad Deum, secundo ad seipsum, tertio ad proximum.... »

p) « Sermo magistri Eustachii, fratris minoris, dominica decima octava. » — Incipit: « *Diligas proximum tuum* (5)... Tria tanguntur in verbis istis, praecepti facilitas, utilitas, congruitas. »

q) « Sermo magistri Bonaventurae, dominica vigesima secunda. » Incip. « *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi etc.* (6). »

r) « Frater Bonaventura, de beato Nicolao. » Incip. « *Thesaurus desiderabilis, et oleum etc.* Prov. 21 (7). Quae verba licet cuilibet sancto, tamen specialiter beato Nicolao conveniunt, et reddunt ipsum commendabilem a duobus: primo a praeclaritate

(1) Luc. 6, v. 36.
(2) Matth. 6, v. 21.
(3) Matth. 21, v. 13.
(4) Luc. 18, v. 14.
(5) Matth. 19, v. 19.
(6) Matt. 18, v. 32.
(7) V. 20.

meritorum: *Thesaurus desiderabilis.* Secundo a plenitudine gratiarum: *et oleum in habitaculo viri justi.* Ad literam enim et dives fuit terrena substantia, et oleum ex ossibus ejus emanavit. Dicit ergo primo, *thesaurus desiderabilis.* Sed notandum, quod est triplex thesaurus, scilicet, exterior possessionis terrenae, interior sanctificationis internae, superior contemplationis arcanae: primus est valoris permodici, secundus est valoris multimodi, tertius est valoris immensi..... »

s) « Sermo de beato Thoma Apostolo, fratris Eustachii, de Ordine fratrum Minorum. » — Incipit: « *Ecce ego cognovi, quoniam Deus meus es* (1). Ego mater pulchrae dilectionis (2). » Divisio thematis. « Fidei illuminatio tangitur ibi, *Ecce cognovi:* fidei professio ibi, *quoniam Deus meus es*..... »

t) « Sermo beatae Agnetis, fratris Bonaventurae. » — Incipit: « *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea* (3). Non sine causa canticum amoris dicitur Canticum Canticorum, pro eo quod materia de qua est, et virtus a qua formatur ipsum Canticum, et finis ad quem est, transcendit et materiam, et originem, et finem omnium canticorum. Tantae nobilitatis est virtus charitatis, ut qui habet charitatem habet et Deum: nec est aliquod premium nec meritum, nisi diligere Deum, ut dicit Augustinus super illud (4): Mihi adhaerere Deo bonum est. Amor charitatis tantae sublimitatis est, ut de misero faciat beatum, et de simplice sapientem, quemadmodum de aetate juvenculi transeat in canitiem. Agnes ista, cujus solemnitatem modo celebramus, inter alias virgines quae sponsae Christi fuerunt, ipsa praecipue commendabilis, ideo verbum de ipsa competenter dicitur quod de laude sponsae dicitur. Quamquam juvencula fuit aetate, animo tamen fuit cana, gratia

(1) Psal. 55, v. 10.
(2) Eccli. 24, v. 24.
(3) Cant. 1, v. 8.
(4) Psal. 72, v. 28. Op. t. 3.

charitatis tota repleta fuit; cum odore istius virginis currere debemus ; multae virgines eam secutae sunt. In primo rogabimus Dominum etc.

« *Equitatui meo etc.* Verbum istud ad laudem sponsae Domini, potest trahi in laudem cujuslibet animae perfectae, quae habet in se praerogativas quae sponsae competunt, inter quas Agnes merito connumeratur. Sponsus sponsam laudat a duobus: a virtutis manifestatione, et a virtutis origine. Manifestatio virtutis est in assecutione triumphi, origo autem virtutis est in possessione divini doni sive habitus. Assecutio ejus triumphi scilicet de diabolo, mundo et carne notatur cum dicit: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilabo te.* Origo totius sanctitatis et bonitatis est possessio Spiritus Sancti, quae nominatur cum dicit, amica mea... »

u) « Sermo Fratris Bonaventurae ad sanctum Antonium, in festo sancti Marci evangelistae, in mane, eodem die et hora (!!) ad Beginas.» — Incipit: « *Sapientiam sine fictione didici* (1). *Sanctus in sapientia manet sicut sol* (2). Oritur vobis timentibus etc.... In quibus verbis commendatur beatus Marcus quantum ad duo: primo quantum ad sanctitatem, cum dicitur, *Sanctus:* secundo quantum ad sapientiam, cum dicitur, *in sapientia manet sicut sol.* Sanctitas oportet quod sit in tribus: primo in corde, secundo in conversatione, tertio in tribulatione..... Anima quae est illuminata sapientia, est similis soli: sol illuminat, calefacit, et laetificat (3).... »

v) « Sermo fratris Bonaventurae ad Beginas, in festo sancti Marci evangelistae.» Incipit: « *Sapientiam sine fictione didici* (4). In mansuetudine suscipite insitum verbum. In verbis istis commendatur a duobus : primo a diligentia disciplinae , quantum

(1) Sap. 7, v. 13.

(2) Eccli. 27, v. 12.

(3) Sermonem hunc gallica lingua habuit S. Bonaventura; e cujus ore exceptus, atque latine redditus, valde mendosus est.

(4) Sap. 7, v. 13.

ad statum discipuli; secundo a communicatione doctrinae, quantum ad statum doctoris (1)... »

x) « Fratris Eustachii. » — Incipit: « *Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vitae etc.* (2)... Duo notantur in verbo proposito. Primo enim Dominus explicat officium cum dicit: *Esto fidelis usque ad mortem* Secundo ostendit praemium cum dicit: *et dabo tibi* etc. Secundum hoc commendatur beatus Petrus martyr a duobus in verbis propositis, primo a vitae sanctitate, secundo a gloriae exaltatione. Per coronam autem quae caret principio et fine, signatur vita aeterna..... »

y) « Bonae aventurae in festo beatorum Petri et Pauli. » — Incipit: « *Isti sunt duo filii olei, qui assistunt dominatori universae terrae* (3). In his verbis commendantur Apostoli quoad duo, scilicet meritum perfectae virtutis: *Isti sunt duo* etc., et quoad officium eximiae dignitatis: *qui assistunt Deo* etc. Ratio primi est, quia oleo utimur ad tria, scilicet ad medicamentum vulneris, nutrimentum luminis, condimentum sive delectamentum refectionis. Unde per oleum bene figuratur gratia sanans, sapientia illustrans, spiritualis laetitia reficiens et delectans. »

z) « Magdalenae Bonaventurae (4). » — Incip. « *Stans retro secus pedes Domini, lacrymis coepit rigare pedes ejus et capillis capitis ejus tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat* (5). Stans autem Jesus jussit coecus adduci ad se (6). In evangelio legitur, quod transeunte Domino per viam, stabat coecus secus viam. Coecus iste designat genus humanum, sive omnis qui indiget illuminari cognitione divinorum: qui autem reputat se non indigere illuminatione cognitionis divinorum coecus est et plusquam coecus..... In verbis istis laudatur glo-

(1) Sermo iste passim mutilus, ac ita mendose descriptus ut praecedens.
(2) Apoc. 2, v. 10.
(3) Zach. 4, v. 14.
(4) Idest, in festo S. Mariae *Magdalenae* sermo *Bonaventurae*.
(5) Luc. 7, v. 38.
(6) Luc. 18, v. 40.

riosa peccatrix et poenitens a triplici excellentia: primo ab humilitate disciplinae, secundo ab asperitate poenitentiae, tertio ab ubertate devotionis internae. Primum notatur cum dicit: *Stans retro secus pedes Domini.* Secundum cum dicit: *lacrymis coepit rigare pedes ejus, et capillis capitis tergebat.* Tertium cum dicit: *et osculabatur* etc. Exemplar totius disciplinae, totius poenitentiae et totius devotionis internae fuit ista peccatrix... »

aa) « Eustachii. » — Incipit: « *Probasti Domine cor meum et visitasti nocte, igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas* (1)..... Dominus beatum Laurentium bene probavit, et ideo ipse potest illud verbum dicere: *Probasti Domine cor meum* etc. In quibus quatuor ad laudem ejus tanguntur de probatione ejus: primo tangitur probantis magnitudo, secundo ejusdem benignitas, tertio probationis acerbitas, quarto probati sanctitas.... »

bb) « Sermo Bonae venturae in festo beati Francisci. » — Incip. « *Ecce servus meus, suscipiam eum, electus meus, et complacuit mihi in illo anima mea: dedi spiritum meum super illum, et judicium gentibus profert* (2). Quis putas, est fidelis servus et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illi in tempore tritici mensuram? Verba ultima sunt in Matthaeo (3), in quibus explicatur nobis, quod difficile est invenire hominem idoneum ad pronunciandum verbum Dei, pro eo quod hujusmodi hominem oportet esse fidelem et prudentem. Quis putas est fidelis? Salomon dicit: Multi misericordes vocantur, unum autem fidelem quis inveniet (4)? Ille fidelis est, qui in omnibus quae agit, non quaerit nisi gloriam Dei, nihil commodi proprii, nihil laudis, nihil favoris, sed solum gloriam Dei

(1) Psal. 16, v. 4.
(2) Isai. 42, v. 1.
(3) 24, 45.
(4) Prov. 20, 6. Multi *homines*....

et salutem animarum. Difficile igitur est invenire virum fidelem, sed cum hoc difficile est invenire virum prudentem. Prudens est qui cibum dat in tempore (1). Alius Evangelista dicit : Qui dat in tempore tritici mensuram (2). Prudenter mensurare verbum divinum secundum capacitatem auditorum, ut nec minus alte nec abreviate loquatur, nec nimis alte nec nimis infime, hoc est magnum. Quis facit hoc ? Si homo facit semel, deficit pluries. Fateor, quod quando considero modum quem tenere debet praedicator in praedicando..... video quod modicam habeo idoneitatem. Deus est qui loquitur. Homo credit aliquando bene dicere, et cogitavit multa bona, nihil dicet quandoque. Hominis est praeparare animam, et Dei est praeparare linguam (3). Si nimis tepide loquor, timeo ne irascatur mihi Deus; si abundanter velim explicare laudes beati Francisci, credent aliqui quod laudando eum, velim laudare meipsum: difficile est mihi loqui de materia ista. Intendo vobis describere hominem spiritualem et perfectum, et quilibet studeat ipsum imitare, et servato stilo veritatis, intendo exemplificare de beato Francisco. In principio rogabimus Dominum, ut ipse etc..... »

cc) « *Ecce servus meus* etc. Secundum principalem intelligentiam verba ista dicuntur de Domino nostro Jesu Christo, sed quae capitis sunt transferuntur ad membra propter assimilationem et connexionem: ideo secundum convenientem intelligentiam dicuntur de quolibet viro justo et perfecto. Et secundnm quamdam praerogativam explicatur haec eximia et perfecta sanctitas, quae fuit in beato Francisco, et quantum ad perfectae sanctitatis radicem, et sanctitatis celsitudinem, et quantum ad sanctitatis perfectae diffusionem. Perfectae sanctitatis radix consistit in humilitate profunda; celsitudo sanctitatis consistit in

(1) Matt. 24, v. 45.
(2) Luc. 12, v. 2.
(3) Prov. 16, v. 1.

virtute probata, sed diffusio sanctitatis perfectae consistit in charitate plenaria. Profunda humilitas est, per quam homo suscipitur a Deo; in virtute probata ei complacemur, sed in charitate plenaria ad Deum erigimur et ad proximum inclinamur. Propter hoc in verbis istis beatus Franciscus commendatur ab humilitate profunda, per quam a Domino susceptus est, et hoc notatur cum dicit: *Ecce servus meus, suscipiam eum.* Secundo a virtute probata commendatur, per quam Domino complacuit, cum dicit: *electus, in quo mihi complacuit anima mea.* Tertio commendatur a charitate plenaria, per quam in Deum se erexit et in proximum se dilatavit, cum dicit: *dedi spiritum meum super eum* etc. Quis est iste perfectus sanctus? Audite: Ille qui habet in se profundam humilitatem, virtutem, et charitatem plenariam. Sanctitatis radix in humilitate incipit, in virtute probata proficit, et in charitate plenaria consummatur. Humilitas facit quod a Deo suscipimur; virtus facit quod ei complacemus, sed charitas plenaria facit quod in Deum totaliter excedamus et aliis communicemus quod habemus.

« Primo dico, beatus Franciscus commendatur hic ab humilitate profunda ab ore Dei cum dicit: *Ecce servus meus, suscipiam eum.* Convenit ei quod dicit Dominus (1): *In illo die assumam te Zorobabel servus meus, et ponam te quasi signaculum, quia te elegi. Ponam te quasi signaculum,* scilicet in signis et stigmatibus impressis tibi verbo omnipotentis. Dicit: *ecce ponam te signaculum;* et quare? *quia servus meus es,* humilis pro reverentia Dei, humilior in supportatione, proximi et humillimus pro contemptu sui. Admiror humilitatem beati Francisci super omnes virtutes suas.

« Primo dico, fuit servus meus humilis pro reverentia Dei, unde convenit ei quod dicit Dominus in Job (2): Numquid considerasti servum meum Job, quia est vir simplex, et justus,

(1) Ag. 2, v. 45.
(2) 2, v. 3.

et timens Deum, et recedens (a malo)? *Servum* vocat eum propter humilitatem, quia est simplex in intentione mentis; *timens Deum* in affectione, *et recedens a malo* in operatione divina. Servus fuit computatus cultor Dei magnificus; in omnibus quae egit vel sustinuit, Deum laudavit. Nati sunt ei septem filii et tres filiae. Job interpretatur dolens, et bene signat beatum Franciscum, quia vita ejus plena dolore fuit. Semper fuit in lacrymis, deflens peccata propria vel aliena. Si respiciamus primam ejus genituram, primo habuit septem fratres et ipse fuit octavus; et, Domino imperante, divisit eos in quatuor partes mundi, et misit eos binos et binos, et secundum suum desiderium Dominus reduxit eos simul. Habuit etiam tres filias, quia in principio conversationis suae tres ecclesias fundavit: unam in honorem sanctorum Cosmae et Damiani, aliam aedificavit Apostolo Petro, tertiam beatae Virgini: et in ista tertia Dominus revelavit ei vitam quam ducere debebat. Et tres religiones instituit: prima religio fuit ordo fratrum Minorum: secunda ordo sororum beatae Clarae, quae primo dicebantur paupères dominae sanctorum Cosmae et Damiani, modo postquam beata Clara est canonizata, dicuntur sorores beatae Clarae. Et instituit tertium ordinem, qui vocatur Ordo poenitentium, qui dicuntur fratres continentes. Istas religiones quasi tres filias instituit, et ordinantur ad cultum Dei..... »

« Gregorius nonus plenus sapientia, propter familiaritatem quam habuit cum b. Francisco, factus est ejus imitator, et in sua camera habuit leprosum cui serviebat in tunica fratris. Quadam die dixit ille leprosus: Non habet Summus Pontifex nisi istum senem qui mihi ministret: nimis fatigatur..... Beatus Pacificus frater, qui primus ordinem fratrum portavit in Franciam, fuit vir magnae sanctitatis: et cum oraret in ecclesia cum beato Francisco quadam die, et soporatus esset, vidit coelum aperiri et in coelo pulcherrimam cathedram; petiit cujus esset cathedra, et dictum est ei: Cathedram istam amisit Lucifer propter

superbiam suam, et reservatur beato Francisco propter suam humilitatem. Cum esset evigilatus quaesivit a beato Francisco: Quid tibi videtur de te? respondit beatus Franciscus: Videtur mihi quod sum maximus peccator de mundo. Dixit Pacificus: Sunt homicidae, et latrones, et alii mali. Respondit ei beatus Franciscus: Non est ita pessimus de mundo, si haberet tot dona gratiae, quin esset devotior me..... Beatus Franciscus sermonem firmaverat ex consilio Domini Papae Honorii, quem debebat praedicare coram Honorio. Et cum debebat praedicare nihil scivit, et tunc dixit: Fabricaverat mihi quidam, scilicet Gregorius nonus Papa, sermonem subtilem quem volui vobis praedicare, et modo totum sum oblitus. Expectate et rogabo Dominum ut det mihi aliquid dicere. Et cum orasset, optime praedicavit.

dd) « In festo Natalis sancti Francisci, Bonae aventurae. » — Incipit: « Aggaeus (1): *Assumam te Zorobabel fili Salathiel serve meus, et ponam te sicut signaculum, quia elegi te.* Haec verba Aggaei competunt beato Francisco. Sicut enim Zorobabel qui interpretatur princeps translationis, populum de Babylone eduxit, et templum reaedificavit ; sic beatus iste multos de confusione peccatorum ad Christum adduxit, et religionem instituit. In his autem verbis commendatur a tribus, scilicet a merito acceptabilis servitutis: *Assumam* etc.; a signaculo spectabilis sanctitatis, *et ponam te* etc.; a privilegio coelestis electionis, *quia ego elegi te.* »

ee) « In festo omnium Sanctorum, Bonae aventurae. » Incip. « *Filii sanctorum omnes, et illam vitam expectamus, quam Deus daturus est eis, qui fidem suam numquam mutant ab eo.* In his verbis Tobiae (2) sublimitas sanctorum explicatur ut veneranda nobis propter privilegium perfectionis eximiae, cujus exemplo informamur: *Filii sanctorum omnes.* Propter praemium beatitudinis aeternae, cujus desiderio trahimur: *et illam* etc. Propter complacentiam acceptionis divinae, cujus judicio approbamur... »

(1) 2, v. 24.
(2) 2, v. 18.

ff) « Item in die Animarum, Bonae aventurae.»— Incip. «*Juxta fidem omnes isti defuncti sunt, non acceptis repromissionibus.* Heb. 11 (1). Licet autem per Christum impedimentum extrinsecum sit remotum, remanet tamen in pluribus defunctis impedimentum intrinsecum, de quibus dicitur: *Juxta fidem* etc. Notantur autem hic quatuor, quibus moveri debemus ad compassionem et subventionem ipsorum, scilicet, universitas tantae multitudinis, *omnes isti:* impossibilitas proprii juvaminis, *defuncti sunt:* idoneitas alieni suffragii, *juxta fidem:* longinquitas aeterni praemii, *non acceptis repromissionibus.....* »

gg) De S. Andrea (2). — Incipit: « *Lignum vitae desiderium veniens.* Prov. 13(3). Lingua placabilis, lignum vitae. Prov. 15(4). Sicut Dominus in prima conditione mundi, quando condidit hominem et posuit eum in paradiso, diversa lignorum genera in paradiso produxit, quaedam ad continuandam vitam, quaedam ad perpetuandam ut lignum vitae; ita Deus homini quasdam doctrinas (dedit) ad ordinem vitae hominis, quasdam doctrinas ad acquirendum vitam aeternam; et haec est sacra scientia, et ideo omnes aliae isti famulantur, et ista omnibus aliis antecellit.... »

« *Lignum vitae desiderium veniens etc.* Prov. 13. Et ideo istud assumpsimus ad laudem praesentis solemnitatis, pro eo quod hic insinuatur mirabili quadam insinuatione passio sancti Andreae, et hoc quantum ad tria..... Fuit acerba passio ipsius, et hoc propter diuturnam suspensionem in cruce: et hoc notatur cum dicitur, *Lignum.* Fuit etiam salvifica quantum ad fructum, propter quod subdit: *vitae.* Fuit etiam desiderata quantum ad patientis affectum, propter quod subdit: *desiderium veniens.* Acerba fuit passio sancti Andreae quia crucifixoria, salvifica quia

(1) Vers. 13.

(2) Anonymus est sermo iste, sed codex alius optimae notae eumdem contractum et Bonaventurae inscriptum continet.

(3) Vers. 12.

(4) Vers. 4.

vivificativa, desiderabilis quia multum affectata et desiderata, hoc quia anima ejus erat tota ab amore Christi absorpta.....

hh) Collatio. « *Lignum vitae desiderium veniens.* Ego veni indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Dan. 9 (1). Verbu est angeli ad Danielem..... »

« *Lignum vitae desiderium veniens* etc. Dictum fuit, et h explicatur passio beati Andreae et quantum ad modum pa sionis, et quantum ad fructum, et quantum ad patientis des derium. Dictum etiam fuit, quod crux desiderata fuit ab eo qu lignum vitae; et quod hoc esset verum, monstrabatur per h quod est vivificantis gratiae, vivificantis justitiae et vivificant sapientiae. De primo dictum fuit, de secundo aliquantulun aliquid tamen adhuc restat de secundo. Dictum enim fuit, qu in ligno praevaricationis fuit quadruplex appetitus inordinatu propter quod fuit lignum mortis; et quod crux Christi habu quatuor contraria illis appetitibus, propter quod est lignum v tae: et dictum est de tribus. Dictum enim est, qualiter in cru lucet humilitas profundissima, paupertas altissima, et austerit rigidissima. Nunc dicendum est de quarto, qualiter scilicet r lucet in cruce benignitas summa, quae non minus relucet i quam cetera..... »

ii) « Bonaventurae. — *Vidit Jacob in somnis scalam super te ram stantem, et cacumen illius tangens coelum, angelos quoque D ascendentes et descendentes, et Dominum innixum scalae* (2). Diffici extimamus ea quae in terra sunt, et quae in prospectu tuo sun quis investigare poterit sensum tuum, nisi dederis sapientia tuam, et miseris spiritum tuum de altissimis? Verba ultimo pr posita, sunt in libro Sapientiae (3). Magna sapientia scire d fectum suum..... »

« *Vidit Jacob in somnis scalam etc.* Verbum istud scriptu

(1) Vers. 23.
(2) Gen. 28, 12. Vulg. 1.
(3) Sap. 9, 16 et 17.

est in Genesi, in quo explicatur nobis visio patriarchae Jacob, qui propter contemplationem coelestium vocatus est Israel, id est videns Dominum. In ista visione ostensus est hierarchicae dispositionis ornatus, et quantum ad ejus ordinationis pulchritudinem, et quantum ad ejus operationis perfectionem, et quantum ad ejus originationis praeclaritatem; quia hierarchicae dispositionis ornatus habet in se ordinationem perpulchram, operationem perfectam, et originationem praeclaram. Et ideo Spiritus Sanctus, qui ostendit patriarchae Jacob visionem ornatus hierarchicae dispositionis, propter universalem Ecclesiam erudiendam, explicat esse quantum ad ejus ordinationem perpulchram cum dicit: *Vidit Jacob in somnis scalam super terram stantem, et cacumen illius attingens coelum.* Secundo operationem ejus perfectam explicat cum dicit: *angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam.* Tertio explicat originationem ejus praeclaram cum subdit: *et Dominum innixum scalae.* Non innititur Deus scalae tamquam substentatus a scala, sed tamquam substentans scalam; non est innixus per dependentiam, sed per causalitatem. Si ista tria consideramus in spiritibus hierarchicis, videmus in ipsis ordinem, operationem et virtutem, considerando scilicet habitus et charismata et dona, sic explicatur nobis eorum ordinatio; si quantum ad operationem eorum et actum, sic explicatur nobis eorum operatio perfecta; si quantum ad virtutem, tunc loquimur de ipsis quantum ad eorum originationem perfectam. Primo dico, Deus explicat nobis per Spiritum Sanctum hierarchiae Angelicae dispositionem sive ordinationem perpulchram cum dicit: *Vidit Jacob scalam stantem etc...* »

ij) «In Purificatione, Bonae aventurae.» — Incipit: «Apostolus ad Hebraeos, 10, 13: *Una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.* Hic possunt duo notari, scilicet praesentis festi materia, ubi dicit: *Una oblatione;* et ipsius festi causa, ubi consummationem sanctificationis tangit. Materia autem duplex, scilicet oblatio prolis et purificatio matris; et secundum hoc etiam causa

duplex, scilicet ut in oblatione prolis ostendatur finis sacrificii legalis, in purificatione matris detur forma sanctificationis.... Primo ergo videndum, quomodo ipsa fuerit sancta; secundo, quomodo in purificatione formam dederit sanctitatis; tertio, quomodo sanctificari possimus..... »

ll) « Idem in Annunciatione.» — Incipit: «*Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Domini* (1). Quia mysterium dominicae incarnationis ita est arcanum et profundum, ut nullus intellectus valeat hoc capere, nulla lingua valeat explicare, Spiritus Sanctus humanae condescendens infirmitati, multis illud metaphoris voluit designari, quibus quasi manuducti, in ejus qualemcumque notitiam veniamus. Nam secundum Apostolum (2): Invisibilia Dei per ea quae visibilia facta sunt intellecta, conspiciuntur. In praemissis igitur verbis Isaiae hoc mysterium sub triplici metaphora designatur (3), scilicet radicis, virgae et floris, (quae) tria nobis insinuant, scilicet nobilitatem concipientis, puritatem conceptionis, sublimitatem conceptae prolis. Primum, *Egredietur etc.;* secundum, *flos etc.;* tertium, *et requiescet etc.* Quia haec, ut dictum est, variis metaphoris in sacra pagina designantur, ipsas colligamus, ut nos ad tantum arcanum aliquatenus manuducant (4). Notandum quod nobilitas concipientis triplici metaphora denotatur, scilicet terrae germinantis, radicis pullulantis, fontis scaturientis....»

mm) «Sermo de Assumptione Beatae Virginis.» — Incip. *Haec est speciosior sole, et super omnem stellarum dispositionem lucicomparata, invenitur purior.* Sap. 7 (5). In verbis istis imperatrix gloriosa super choros supernorum civium sublimata commen-

(1) Isai. 11, v. 1.

(2) Rom. 1, v. 20: « Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur.»

(3) Codex habet *designant.*

(4) In codice legitur *manuducantur.*

(5) Vers. 29.

datur.... quantum ad tria quae.... sunt, perfecta speciositas, superexcellens nobilitas et sapientiae claritas.... »

Desinit: « Explicit sermo bonus Bonae venturae. »

nn) «Sermo in Assumptione B. Virginis, Bonaventurae.» — Incip. « Isaias: *Erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes* (1). Spiritus Sanctus laudem B. Virginis sub variis rerum metaphoris, scilicet coelestium, terrestium, et mediarum multipliciter designavit. In praedictis vero prophetae verbis sub metaphora montis; et hoc quoad tria, scilicet quoad culmina sublimium virtutum. *Erit etc.:* quoad fastigia sempiternalium praemiorum, *et elevabitur etc.:* quoad praesidia supereffluentium miseriarum, *et fluent etc.* Primum pertinet ad eminentiam status gratiae, secundum ad eminentiam status gloriae, tertium ad influentiam utriusque status.... »

oo) « Magister Eustachius. » — Incip.: « *Misericordias Domini in aeternum cantabo* (2).... In quibus verbis duo notantur: primo misericordiae Dei pretiositas cum dicitur: *Misericordias Domini....* Secundo ejus continua laudatio, cum subjungitur: *in aeternum cantabo.....* »

pp) «Sermo de modo vivendi, fratris Bonaventurae.» — Incip. « Quicumque es qui per fidem, spem et caritatem ad salutem vis pertingere, necesse habes studio te triplici mancipare; videlicet orationi devotae, conversationi honestae et confessioni satisfactoriae, secundum illud Micheae (3): *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Deus requirat a te: utique facere judicium* veraciter confitendo, et *diligere misericordiam* sancte cum aliis conversando, *et sollicite ambulare cum Deo* vigilanter orationibus insistendo.... »

Desinit: « Sed quanto magis quis appropinquat ad lumen,

(1) 2, v. 2.
(2) Psal. 88, 1.
(3) 6, v. 8.

tanto magis aspicit quidquid habet deforme ; et quanto magis deformitates a visu abstergit, tanto lumen dulcius sapit. Unde conversatio pura ad orationem reducit, oratio vero ad lumen contemplationis tamquam ad meridiem, ubi optat omnis anima sancta cum Christo et sponso ejus requiescere hic in praesenti per gratiam, donec videatur Deus per gloriam, ad quam nos perducat. Amen.»

qq) « Fratris Bonae fortunae.» — Incip. « *Innocens argentum dividet*, Job. (1). Quanto res est pretiosior , tanto ministrum requirit fidelem. Quantae pretiositatis sit verbum Dei, dicit Psalm. (2): *Ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion:* ideo ministrum requirit fidelem. Propter hoc dicit Job: *Argentum innocens dividet*, idest verbum Dei fideliter ministrabit. Verbum Dei significatur per argentum propter ejus pretiositatem , puritatem et sonoritatem. Verbum Dei est pretiosum. Psal. *Ideo dilexi mandata tua super aurum.* Item est purum et sonorum , unde Psal. (3): *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum* etc. Unde notandum, quod in secundo verbo, notatur verbi divini sublimis excellentia, ibi: *argentum ;* secundo ministri idonei sufficientia, ibi: *dividet.* De primo patet quomodo excellentia verbi divini significatur in argento , sed idonei ministri sufficientia..... ibi: *innocens.* Ille est innocens praedicator, cujus vita respondet doctrinae, qui nec miserum fecit, nec miser defecit. Psalm. (4): *Quis ascendet in montem Domini:* scilicet, de quo monte dicit Isaias (5): *Ascende in montem tu qui evangelizas Sion. Quis ascendet?* dicit Psalmista (6): *Innocens manibus , et mundo corde.* Modi praedicandi congruentia vero ; ibi, *dividet.* Aliter

(1) 27, v. 17.
(2) 118, v. 127.
(3) 11, v. 7.
(4) 23, v. 3.
(5) 40, v. 9.
(6) 23, v. 4.

monendi sunt conjuges, aliter continentes, aliter juvenes, aliter senes, aliter superbi, praesumptuosi, et aliter humiles, ut dicit Gregorius (1), quia debet modificari sermo secundum auditores. Unde in Prov. (2): In plateis aquas dividet. Ibi Glossa: Sacram scripturam expone secundum conditionem auditorum. Sed nos non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est (3), ideo in principio rogamus etc.»

rr) « Fratris Bonaventurae.» —Incipit: « Inter alios vocationis modos, unus est per praedicationem. Unde os praedicatoris dicitur per Jeremiam os Dei in quo Deus loquitur. Jerem. (4): Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis (5). De isto vocandi modo sufficiat una auctoritas Prov. (6), ubi dicitur: *Sapientia aedificavit sibi domum*, idest Ecclesiam: haec est domus Domini firmiter aedificata (7). *Excidit in ea columnas septem, immolavit victimam* (8), scilicet passionis suae, quia Ecclesiam sapientia sua consecravit. *Posuit mensam* (9), scilicet sacrae scripturae. Psalmus (10): Parasti in conspectu tuo mensam. *Miscuit vinum*, idest multiplicem sacrae scripturae intellectum. Sensus literalis est sicut aqua, sensus mysticus, tropologicus, et anagogicus est sicut vinum. Ergo vinum cum aqua est sensus literalis cum mystico. *Misit ancillas* (11), idest, praedicatores, qui dicuntur ancillae propter subjectionem servitutis, propter reputationem

(1) Regi pastori p. 3 in prolog.
(2) 5, v. 16, aquas *tuas*.
(3) 2 Cor. 3, v. 5.
(4) 15, v. 19.
(5) Matth. 10, v. 40.
(6) 9, v. 1.
(7) Brev. Rom. in *Dedicat. Ecclesiae.*
(8) Prov. 9, v. 1.
(9) Ib. v. 2.
(10) 22, v. 5.
(11) Prov. 9, v. 3.

propriae parvitatis, propter compassionem cordis, et propter foecunditatem boni operis. *Ut vocarent ad arcem et ad moenia civitatis*, idest patriae coelestis, ad quam tendere debemus. Ecce quomodo vocat Deus praedicando. Et respondendum est ei audiendo, corde commemorando et opere adimplendo. Hoc non potest fieri sine dextera Dei. Job : Vocabis me, et ego respondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram. Opus manuum ejus est conversio peccatorum. In principio rogabimus Deum etc. (1). »

51. COMMENTARIOLUM IN *Incendium amoris* S. BONAVENTURAE. « *Surge amica mea, et veni.* Cant. 2. Quibus verbis exhortatur ut a terrenis et peccaminosis factis et cogitationibus, suae adjutricis gratiae auxilio surgentes celeriter, veniamus ad Dominum passibus sanctorum desideriorum. Unde Anselmus: Surgit anima, cum a peccati perpetratione se erigit, venit cum per bona opera sancti desiderii passibus sanctis ad coelestia tendit. Sancta enim mens cum praeteritae vitae turpitudinem conspicit, cum peccata sua memorat quae fecit, mox secum in conscientia erubescit, et quaecumque in mundo dilexerat ad odium sibi transferens fletibus se punit; et ipsa poenitentia facta robustior, ab omni inquinatione etiam exilit, et ab omni torpore negligentiae se excutit, ut jam non infimis co-

(1) Exordium hoc et praecedens mihi exhibuit codex quidam Andegavensis. Sermones duos quibus haec duo exordia praemissa fuerunt a Scraphico Doctore, nondum inveni. Idem codex, una cum duobus S. Bonaventurae, aliorum habet exordia sermonum, quae sunt: " Fratris Thomae de Aquino — Magistri Petri de Dacia — Fr. Leodegarii — Fr. Beringarii — Fr. Girardi de Remis — Fr. Nicholai de Marinis (?) — Fr. Willhelmi de Houdaivg — Fr. Matthaei Lumbardi — Fr. Theobaldi — Fr. Roberti de Culverddebi — Fr. Petri de Tarantasia — Fr. Ewrardi de Valle Scholarium — Raymundi Archidiaconi — Fr. Aegidii Lumbardi — Fr. Bonaefortunae — Magistri Bertrandi — Fr. Thomae de Aquino — Fr. Beringarii — Fr. Willhelmi de Houdaivg — Fr. Aegidii — Fr. Bonaventurae — Fr. Latini — Magistri Raymundi — Fr. Willhelmi de Falgario — Fr. Aegidii de Valle Scholarium — Praepositi de S. Adomaro — Fr. Joannis de Pechame — Fr. Aegidii de Ordine S. Augustini — Fr. Nicholai de Mauris (?) — Fr. Matthaei Lumbardi — Fr. Stephani de Cahelonia — Fr. Thomae de Aquino — Fr. Willhelm Anglici — Fr. Tholomaei Favusmellis „ etc.

gitationibus jaceat, sed ad appetenda invisibilia per sancta desideria se extendat. Haec itaque mens surgit et venit, quia a torporis infirmitate post punitionem se erigit, et in sanctis studiis se extendens ad aeterna, pedibus amoris currit. Et hac triplici via, scilicet purgativa, illuminativa et perfectiva, ut veniat ad pacem, ad veritatem et caritatem. Quatenus reformet in se imaginem et similitudinem Dei ad quam creata est, quia nonnulli, ut dicit Anselmus, qui ita Deum diligunt ut seipsos contemnant, in interiora se rapiunt, ut Deum inveniant. Et quia Deus in superficie non jacet, meditationibus laborant, subtilissime cogitationes suas examinant, orationibus vacant, et quomodo Deus inveniatur perquirere non cessant. Quos imitando praedictae triplicis viae vestigia assidue sequamur, secundum quod *Magister Bonaventura* in praecedenti docet tractatulo, qui sic incipit: *Ecce descripsi eam tripliciter*, Prov. 22 (1); ubi quibusdam minus exercitatis videtur procedere satis magistraliter, quippe ut vir urbanae eloquentiae et mentis exercitatae. Ideo petitum est, ut praefatus tractatulus magis practice elucidetur, ut etiam parvulus quilibet et novellus spiritualis militiae tirunculus in praecedenti triplici via valeat latius experiri dulcedinem, et roborari, confortari, ac armari ad perfectionis spiritualitatem. Ad quod faciendum balbutiendo quasi edentulus quidam, diglutire per affectum cupio, quae per intellectum minus masticare valeo. In me enim desperans, humiliter quod jussus sum, caritatis obedientia devictus, aggredior; petens lectorem, cum ipse sit sapiens, ut libenter me sufferat insipientem, meumque corrigat, si quem invenit, errorem, et nihilominus caritatis impendat orationem. Ac de bene-propositis vel dictis Deo reddat gratiarum actiones, quia ipse est qui illuminat coecum, et intellectum dat parvulis (2), cujus nomen sit benedictum in cunctis saeculis. Amen. »

(1) V. 20.
(2) Ps. 118.

« *Incipit meditatio. Ecce*, vide carissime fili, ac si diceret Salomon, *descripsi tibi eam*, scilicet sapientiam, quam in via hujus vitae debes habere ne decipiaris; *tripliciter*, scilicet moralem, ut a malis moribus sive peccatis purgatus, deinceps vivas virtuose et pacifice in tua conscientia: secundo allegorice, ut illuminatus cognoscendo Christi et sanctae Ecclesiae mysteria, scias quam debeas sequi veritatem: tertio anagogice, ut in justitia consummatus, contemptis transitoriis, ad aeterna adipiscenda toto desiderio subleveris. Quantum ad perfectam caritatem perductus, beatificaris hic jam pro tuo modulo in via, et tandem perfecte in patria; ad quam si cupis pervenire, triplici debes via ambulare, scilicet purgativa, illuminativa et unitiva sive perfectiva. Sed ais, quomodo fiet istud, quoniam modum practicandi illas vias ignoro? Respondeo, quod circa quamlibet praedictarum viarum, potes te exercitare tripliciter, scilicet legendo totam sacram Scripturam, et quamcumque sanam doctrinam secundum sensum moralem, allegoricum et anagocicum. Sed quia haec exercitatio lectionis multum est diffusa, ideo si vis breviori uti exercitatione, pone te ad meditationem per fortem et vehementem attentionem ad aliquid investigandum per intellectum, vel degustandum per affectum, ut tandem meditatio quae laborem habet, vertatur tibi, Deo auxiliante, in orationem devotam, compendiosam et jucundam, sive in contemplationem puram; qua libero et expedito mentis intuitu proveharis in res perspiciendas undique et diffuse, et in divina spectacula suspendaris. Saepe nempe in meditando anima tantam invenit difficultatem, quod de se desperaret; et ideo statim ad orationis fugit praesidium, sciens quoniam Deus non spernit preces humilium in se desperantium. Et ideo hoc secundo modo scilicet meditationis, brevius fit practica quam per lectionem, et brevissime sive compendiosissime per orationem, eo quod oratio humiliantis se, nubes penetrat, et donec

exauditionem reportet non reversura (1). Ora ergo semper ut Deus te dirigat in practica triplicis viae praedictae, donec ipsam ad suam voluntatem et tuam utilitatem ac proximi aedificationem perficies. Dicis forsitan nunc mihi: ex quo oratio tam efficax est et compendiosa, ad quamlibet praedictarum viarum exercitationem, quo aliis, scilicet lectione et meditatione, omissis, utar semper sicut jam dixisti oratione. Respondeo quod benefaceres; si tamen humiliter et efficaciter semper orares, cum tali scilicet, quali debes affectu et intellectu; sed quia hoc pure semper facere non potes, ideo necesse est, ut te exerceas prius saepe ac frequenter lectione vel meditatione ante orationem, quae hic dicitur compendiosa magis ceteris. »

52. « SANCTUS BONAVENTURA SUPER CANTICA CANTICORUM. *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio: lampades ejus lampades ignis atque flammarum* (2). Est igitur charitas sive dilectio fortis, fortior, fortissima; ut si erigamus eam in quamdam arborem, dicamus, quod sit fortis in radice, fortior in stipite, fortissima in cacumine. Habet enim radicem in proposito, stipitem in experimento, cacumen in flagellorum gaudio. De primo: In caritate radicati, et fundati (3). De secundo: Quis nos separabit a caritate Christi (4)? De tertio: Scire etiam supereminentem scientiam charitatis Christi (5). Charitas enim qua in tribulatione gaudemus, super omnem scientiam est. Audi David in radice, scilicet in proposito fortem: Diligam te Domine etc. (6). Audi Job in stipite, idest in experimento fortem: Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo (7). Audi positos in cacumine, id-

(1) Eccl. 35, 21.
(2) Cant. 8, v. 6.
(3) Ephes. 3, v. 17.
(4) Rom. 8, v. 35. Quis *ergo nos.*
(5) Ephes. 3, v. 19. Supereminentem *scientiae charitatem.*
(6) Psal. 17, v. 2.
(7) Job. 13, v. 15.

est in tribulationis gaudio : Ibant Apostoli gaudentes (1) etc.... *Dura sicut infernus aemulatio.* Charitas est dura in resecanda superfluitate, est durior in coarctanda necessitate, est durissima in relinquenda voluntate. De his Apostolus (2): *Argue* de resecanda superfluitate, *obsecra* ad coarctandam necessitatem, *increpa* ut relinquat voluntatem. De primo in lege dictum est: Cum coeperis captivam, si volueris eam habere in uxorem, rades omnes pilos carnis suae (3), idest superfluitates. De secundo: Castigo corpus meum etc. (4), scilicet necessaria corpori subtraho. De tertio: Ecce nos reliquimus omnia (5): omnia reliquit, sicut ait Expositor, qui nec voluntatem habendi retinuit. In iis tribus duritiis persecutor noster diabolus occiditur. Forsitan istae sunt tres lanceae, quibus Absalon persequens patrem suum, occisus est. In figura horum trium duras punctiones substinuit Christus in cruce. Punctus est clavis in manibus et pedibus, spinis in capite, lancea in latere. In manibus et pedibus punctus est, quasi designans resecanda esse operum nostrorum superflua. In capite ubi vigent sensus..... necessitate. In corde ubi est sedes voluntatis, ut nos doceret propriam voluntatem de corde nostro debere extinguere. Haec caritas est dura sicut infernus, qui damnatos cruciat, nec tamen occidit. In hac enim duritie nos cruciare, sed non penitus occidere debemus. »

53. Epistola Bonaventurae ad quemdam novitium. « Vidi, carissime, faciem tuam apud Montium Castrum, venerabili Patre Ministro Provinciali praesente..... Novos autem Christi milites bello tentator impetit acriori, et eorum saluti et Dei gloriae invidens, ut quem homines suae conversionis exordio

(1) Act. 5, v. 41.

(2) 2 Timoth. 4, v. 2.

(3) Deuteron. 21, v. 11, 12. « Et videris in numero captivorum mulierem pulchram, et adamaveris eam, voluerisque habere uxorem. Introduces eam in domum tuam: quae radet caesariem et circumcidet ungues.»

(4) 1 Cor. 9, v. 27.

(5) Matth. 19, v. 27.

glorificant, sua turpius prolaptione blasphement. Nempe vilis apostata et nomen Domini et religionem sanctam, etsi non voce, actu tamen ignominioso blasphemat. Maximum apostasiae scelus est, quod et Deum inhonorat, persequitur homines ab ejus obsequio detrahendo, religionem infamat et actori suo perpetuam maculam ingerit. Verum malivolus hostis quos ad saecularia prorsus revocare non potest, saltem ad inferiora nititur inclinare. Ascensiones in corde fidelium Dominus, descensiones in corde instabilium diabolus suggerendo procurat. Qui ab alio recedit, semper instabiles pertrahit, de quibus dicitur per prophetam (1): Transient de monte in collem. Sed esto quod ad alium transiens Ordinem, nostroque non inferiorem alium quemlibet asseveres: non est mei propositi religionibus aliis pro nostrae commendatione detrahere: satis per se sancta religio sibi ad laudum merita sufficit. Penuria impiorum est, laudem ex aliorum infamia vindicare. Veritas et conscientia tua, si tamen conscientiam habes et lumen oculorum tibi est, de hac tibi satisfaciant quaestione. Sed confidenter hoc dixerim, quod religioni nostrae maxime tenearis, quae te de saeculo fugientem excepit, initiavit ad bonum, et spiritualis, si passus es, consolationis lactavit uberibus, tuaque in Christi servitio mater et nutrix est. Qualem habuerit filium usquemodo, tu videris. In corporalibus quoque obsequiis, non puto fratres tuae indigentiae defuisse pro exigentia status tui. Licet Ordo hic sit altissimae paupertatis, nescit tamen indigentibus pauper esse, et providentia charitatis excedit terminos paupertatis.... Et ut sancti (Bernardi) utar verbis (2): « Securus « potes pugnare, ubi securus es de victoria. O vere tuta cum « Christo et pro Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec pro- « stratus, nec conculcatus, nec millies, si fieri possit, occisus, « fraudaberis a victoria, tantum non fugias; sola causa qua « perdere possis victoriam, fuga est. Fugiendo potes illa amit-

(1) Jerem. 50, v. 6. De monte in collem *transierunt*.
(2) Edit. Venet. 1750, tom. 1, epist. 1, n. 18.

« tere, moriendo non potes. Beatus si pugnando moriaris, quia « mortuus coronaberis mox; vae autem si declinando pugnam, « perdis et victoriam simul et coronam.... »

Scripsi dilectioni tuae familiariter, saluti tuae consulens et honori : tuum erit devote suscipere, attente perlegere, et cum interpretatione benivola diligenter animadvertere quae scribuntur; agnitaque consilii aequitate, humiliter amico acquiescere consulenti.

« Opto ut in Christo valeas et in ejus amore semper proficias. Amen. »

INDEX

REV.MO P. GENERALI MINISTRO TOTIUS ORD. MINORUM S. FRANCISCI. PRAEMONITIO AD LECTOREM.

PARS PRIMA

in qua de causis et ratione novae editionis curandae disseritur.

CAPUT I. Sanctus Bonaventura DOCTOR SERAPHICUS, seu causa remota proximae editionis ejusdem operum . . *pag.* 1

« II. De generalioribus operum Sancti Bonaventurae collectionibus, deque praecipuis qui eadem censuerunt auctoribus, qui majori vel auctoritate vel eruditionis fama gaudent. seu causae proximae novae editionis adornandae » 19

« III. De ratione qua absolutissima operum omnium S. Bonaventurae editio parari queat, deque mediis quibus genuina a spuriis dubiisque secerni possint, atque anecdota quae supersunt inveniri . . . » 51

PARS SECUNDA

in qua de quibusdam manuscriptis operibus S. Bonaventurae agitur, ex iisque specimina varia exhibentur.

CAPUT I. S. Bonaventura celeberrimus ac praestantissimus concionator vel ex ipsius anecdotis iisque certis sermonibus ostenditur . . . . . *pag.* 81

« II. Rubricae sermonum ineditorum Seraphici Doctoris sancti Bonaventurae in quodam mss. codice Italico contentorum . . . . . » 94

« III. Quaedam circa naturam praedicti codicis, et fidem quam meretur, adnotantur, atque indiculi seu tabulae, alibi exactiores et plures ex eodem conficiendae, exhibentur . . . . . » 119

« IV. Specimen sermonis, neque brevioris neque longioris, ex eodem codice Italico excerpti, alibi valde fusioris inventi et cum prologo in Evangelium S. Joannis convenientis » 128

« V. Alterius sermonis exempla duo, quorum alterum in laudato codice Italico contractum valde, alterum vero cum eo conveniens multumque diffusum in Gallia repertum ». 140

CAPUT VI. Quatuor specimina variantium, seu convenientiae et disconvenientiae editi operis de *Illuminationibus Ecclesiae in Hexaemeron* cum mss. Codicibus conlati. Quintum specimen additur, in quo variantes mss. adhibentur ad ejus editionem castigandam . . . . . *pag.* 160

« VII. Specimen quaestionum quae detectis mss. codicibus perpetuo solvuntur . . . . . » 179

« VIII. Opera quaedam mutila Sancti Bonaventurae, quae inventis manuscriptis codicibus complentur . . . » 187

« IX. Lacunae, menda et variantes editorum Commentariorum S. Bonaventurae in Ecclesiasten et in Libros Sententiarum . . . . . » 200

« X. Quaestio S. Bonaventurae proposita a S. Ludovico Francorum rege. Schema sermonis Parisiis habiti, de viginti octo mirabilibus quae in Ss. Sacramento Eucharistiae continentur . . . . . » 219

« XI. S. Bonaventurae anecdotae quaestiones disputatae, ex quibus ea datur, non integra, quae de modo et rationibus cognoscendi agit . . . . . » 222

PARS TERTIA

seu

catalogus manuscriptorum operum hucusque inventorum quae nomen praeferunt S. Bonaventurae, neque sub ejus nomine hactenus edita fuerunt, sive illa sint certa, dubia aut spuria, vel etiam aliorum sub nomine impressa . *pag.* 247

ERRATA			CORRIGE
Pag.	2,	lin. 17 sapientissimus	sapientissimis
„	20,	„ 25 an. 1678	an. 1668
„	78,	„ 30 fusius alicui	fusius dicta alicui
„	106,	„ 19 Sennonensis	Senonensis
„	124,	„ 29 Sennonis	Senonis
„	179,	„ 11 unquam	numquam
„	290,	„ 16 collationibus	collectionibus

Obtenta facultate ecclesiastica.

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

C 620.75
Ratio novae collectionis operum omn
Widener Library 002967161
3 2044 081 734 956